administrator, agens, dispensator (horrei, bonorum, redituum sim.), cellerarius – (Speicher-, Güter-, Finanz-)Verwalter, Verwaltungsbeauftragter, 'Kellermeister': **1** *proprie:* **a** *spectat ad episcopos, ecclesias sim.:* Chart. Tirol. 435 p. 231,21 (a. 1188) Balbo, qui erat portenarius, -evarius et scutellarius in Formeiano. Registr. Trident. I 39 dare -vario . . . can(onicorum) unum pegorarium, qui ducat . . . bestias usque Tridentum ad canevam . . . -varii a Cuvriana *(v. notam ed. p. 143).* Chart. Carinth. IV 1814 p. 115,1 tenutam -evarii sui reddet . . . patriarcha. Chart. Tirol. 848 p. 260,19 investiverunt . . . kaniparium de sancto Iorio recipientem nomine . . . monesterii . . . de una pecia. 865 p. 278[a],28 decanus potest iusticiam facere . . . de -ivario. Chart. Scheftl. 24 p. 26,20 Sighardus sacerdos, -iparius et certus nuncius . . . ecclesie. Chart. Bund. 957 frater Iohannes, . . . -evarius capitulli, . . . investivit Petrum . . . de peçiis. Salimb. chron. p. 27,19 episcopo accusatus fuit -varius suus, quod fratribus . . . subtrahebat helemosinam panis. *saepe. v. et l. 13.46.* **b** *spectat ad nobiles, comites, communitates sim.:* Chart. Ital. Ficker 151 p. 192,35 (a. 1178) -evarius . . . marchionis. Cod. Wang. Trident. 79 p. 180,24 duos -iparios, unum ex parte . . . episcopi et alium ex parte comunis Tridenti, qui debent . . . dare racionem. Chart. Bund. 731 solvit . . . -evariis comunis de Cumis solidos decem. Chart. Tirol. notar. I 585 carta Hainrici -iparii de Griaz. 650 -iparius domini comitis. II 97 Fridericus de Mataray, -iparius domini Hainrici de Mataray. *saepe. v. et l. 13.* **2** *in cognomine:* Ioh. Canap. Adalb. 29 cuidam converso Iohanni C-pario ([gloss. cod. 1: sadulerie]. campanario *3[c].5*) talia Dominus . . . ostendit *(de eodem:* Mirac. Alex. 2 [MGScript. IV p. 619[a],22] monachicum habitum . . . suscepit Iohannes C-parius. *ibid. iterum).* Vita Anselmi Luc. 71 Oddo Martini Canevarii dictus. *Rudolph*

***canaberia** *v.* *cannabaria. **canabicus** *sim. v.* canna-.

***canabion** *v.* *canapion. **canabrum** *v.* cantabrum.

canabus *v.* hanappus. **canafa, -us** *v.* cannabis.

***canal** *v.* 2. canalis. **canale** *v.* canalis.

***canaletum**, -i *n.* (*ital.* canaletto) *fossa (aquae) parva – kleiner (Wasser-)Graben:* Albert. Mil. temp. 301 p. 561,4 factum fuit et muratum unum -um aque per mediam plateam comunis . . . et ductum fuit in canale.

1. canalis, -is *m. (f.: p. 141,18sq.44) vel* **canale**, -is *n. script.:* ka-: *p. 141,66.* -nn-: *p. 141,49.142,29sq.45. al.* -nil-: *p. 142,60. form.:* *abl. sg.* -i: *p. 141,44.142,18.21.67. nom. pl.* -i: *p. 141,25. abl. pl.* -is: *p. 141,24. adde* Capit. reg. Franc. 37,17. *usu attrib.: p. 141,69.*

I *rivus, fossa – Rinne, Graben (cf.* Gloss. III 129,33 St.-S. -is kanel. 389,2 -e renne. *al.):* **A** *(aquae) ductus – (Wasser-)-*

[Schmidt]

Leitung, Graben (cf. Heyne, Hausalt. I. p. 153sqq.): **1** *proprie:* **a** *gener.:* MIRAC. Hucberti 1,8 ubi per -es ad diversos monasterii usus influit *limpha.* WILH. HIRS. const. 2,52 p. 1117[A] quibus *(scopis)* mundentur -es. TRAD. Fuld. I 76 p. 155,26 habiles -es adaptavi et per plumbeas harundines meatum fontis . . . reparari feci. ALBERT. M. animal. 13,41 magnos -es a primo fonte derivant et ab illis derivant alios -es (*p. 668[a],15* ὀχετούς) parvos multos in totum ortum. veget. 7,96 per -ia inducatur rivus, qui quandoque clausus ad radices arborum inundet. *adde:* WILLIR. cant. 7,5 p. 56 colorandam . . . lanam . . . mitti . . . -bus imis condecet. *transitus – Durchlaß:* LAMB. LEOD. Matth. I 548 sinuosa -ia fluctus eluit indignans. CHRON. Erf. mod. II a. 1267 p. 258,2 Golgata, ubi sangwis Domini potenter sibi -em *ad caput Adam* faciens scidit rupem. **b** *iur.:* TRAD. Weiss. app. I 310 (a. 1170/80) curia . . . debet . . . ecclesie . . . furcam ad puteum haurientem et -em capitalem. CHART. Ticin. 8 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929. p. 23,27) ducere aquam fontis . . . per -em unam, que debet esse in tribus columpnis. CHART. Rhen. inf. II 133 p. 71,15sq. -is . . ., qui die noctuque deferat aquam in claustrum . . .; preterea habebit *conventus* -em magnum, qui . . . feret aquam in vivarium ecclesie. *al. v. et vol. I. p. 526,55. spectare vid. ad salinas:* TRAD. Weiss. 213 (a. 729) concedo . . . ad sal faciendum una cum . . . officina . . ., cum -is estatili . . .; de uno fronte currunt -i. **2** **a** *per compar.:* PETR. DAM. grat. 12 p. 33,25 ut mali sacerdotes quodammodo lapidei sint -es *eqs.* WILLIR. cant. 7,5 p. 56 se reprimunt animis velut in convalle -is *imitatores Christi.* ALBERT. M. animal. 13,42 sicut -ia (*p. 668[a],27* ὀχετείαις) parva obliterantur luto, quod secum trahit aqua . . ., ita accidit venis, quae sunt -ia sanguinis. *al.* **b** *in imag.:* EPIST. Hann. 51 p. 97,10 cum tot et tam diversis -bus per longa terrarum spacia derivatus naturalem tamen fontis sui virtutem doctrinę vestrę haustus redoleat. GERHOH. novit. 35 ut sit purpura regis iuncta -bus, frequenter scilicet in illis -bus tinguenda, quibus et purpura Christi regis intincta *est (spectat ad Vulg. cant. 7,5; cf. l. 11.28.37.40. 60). ibid.:* de -bus divine scripture. VITA Karoli M. praef. p. 17,10 temeritatis est nostre ariditatis -em tanti fluminis torrentem sibi presumere. *al. v. et l. 30.* **c** *alleg.:* HONOR. AUGUST. cant. 7,5 p. 460[A] -is est affluentia spiritus sancti vel cor vel conscientia. **B** *colliciae, stillicidium, fusorium – Dach-, Abflußrinne, Gosse:* **1** *proprie:* **a** *gener.:* MIRAC. Apri 18 (MGScript. IV p. 516[a],33; c. s. X.[ex.]) unus in supprema ecclesiae -i sedentium. WILLIR. carm. 6,18 domatum . . . -es (*cf. Vulg. II reg. 5,8* fistulas). LEO MARS. chron. 1,17 p. 593,20 in circuitu ipsius *(atrii)* lapideos -es iuxta pavimentum, unde semper aqua decurreret, posuit. **b** *iur. (cf. Dt. Rechtswb. VI. p. 1086 s. v. 'känel'):* CHART. scrin. Col. A I p. 97,20 (a. 1171/72) -e (-nn- *cod.*) superponat *muro,* cum quo domum Heidenrici a pluviis et aquis defendet. CHART. Laus. 886 -es quandoque per gelu vel per nives superverguntur. CHART. Eberb. 206 p. 344,9 facient inter utramque domum -es *eqs.* CHART. Argent. I 338 quod . . . super murum suum . . . -em unum ponerent, in quem perpetuo caderet stillicidium domus hospitalis. CHART. Const. 66 (ed. K. Beyerle, Konstanzer Grundeigentumsurk. 1902. p. 74,30) -em suum, per quem inmundicie domus sue purgantur. *al.* **c** *techn.:* ALBERT. M. veget. 6,187 distillat *pix* in -em, qui est inter duas fornaces, quae paulatim declivis est. **2** *in imag.:* GERHOH. novit. 35 -e plenum sordibus mundane glorie. **C** *alveus, cursus (aquarum, fluvii) – Kanal, (Wasser-, Fluß-)Lauf:* HIST. Lang. Goth. 2 Ligurius fluvius Albiae fluvii -is inundans. CHRON. Ven. Alt. p. 168,19 fecerunt confinium in ipsum -em (-e *V*), qui Archimicidium constitutum est nominari. DIPL. Heinr. III. 193 p. 245,1 -e, qui vocatur Curlo. DIPL. Heinr. IV. 47 ad k-e *terminus vadit.* CHART. episc. Halb. 461 p. 413,32 que *(platea)* . . . ad rufum -e directe protenditur. CHART. Brand. A XI 1 p. 1,13 civitate Spandowe licenciam concedimus aedificandi . . . -e fluvium, quod . . . fluttrenne appellatur. ALBERT. M. caus. element. 2,1,3 p. 639[b],21 ut esset per illud -e navigatio continua ex terra Romanorum . . . ad terram Iamen, quae est Indiae. *al. de cataracta:* CHART. archiep. Magd. 339 p. 447,39 (a. 1172) ut -e . . . tempore oportuno claudatur et . . . navigantibus ad ascensum . . . commodum aperiatur. *in nom. propr.:* DIPL. Heinr. III. 70 p. 93,25 plebem sancti Victoris de C-bus. 193 p. 245,5 curtem . . ., quę vocatur Ultra C-e (*inde* DIPL. Heinr. IV. 177. 450 p. 607,39 C-em). *al.*

II *fistula (parva), meatus – Röhre, Röhrchen, Gang (cf.* GLOSS. III 417,44 St.-S. cuniculus, foramen vel -is noch. *al. v. et l. 59):* **A** *techn.:* **1** *strictius:* IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 7b[r] embotum est instrumentum . . . habens -em in fundo. Ps. ARIST. magist. p. 656[a],67 exire per -em destillatorii *fumum.* THADD. FLORENT. cons. 183,8 aliud *(vas)* . . . infra se contineat -em conclusum serpentinum. MARC. GRAEC. ign. 35 in fundo *candelae durabilis* locetur -e gracile tendens ad candelabrum. **2** *latius:* **a** *cavitas – Hohlraum:* GEBER. summ. 1,50 p. 589 usque ad curvitatem -is . . . alembici. forn. 3 cooperculum sublimatorii facere cum magno libero concavo -i interius ad modum alembici. **b** *pharetra – Köcher:* MAPPAE CLAVIC. 268 sagitta . . . venenata, ut non incendat -e; vesti ipsum -e ex ere. **B** *chirurg. de canaliculo:* WALTH. AGIL. med. 4 p. 95,20 -i . . . extracto plagam . . . opiles. GLOSS. Roger. I A 3,21 p. 696,28 si volumus cauterizare intra nares, debemus apponere -em. **C** *anat.:* **1** *de arteria trachea, bronchis, meatibus nasi sim.:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 347,32 qui *(sucus liquiritiae)* optimus est asperis -bus pulmonis (theor. 3,20 p. 12b[r] -es p. ex multis componuntur cartilaginosis rotundis. MAURUS anat. I 54 trachea arteria . . . conficitur ex -bus p. vel fistulae. *al.*). Ps. GALEN. anat. 4 p. 179[D] per cannales nasi. 5 p. 183[B] in quibusdam animalibus loco pulmonis sunt cannales. ALBERT. M. animal. 1,215 nasus . . . est -is odoratus. 1,540 duo -es perveniunt ad duas alas pulmonis. *al. v. et l. 33.* **2** *de oesophago:* ALBERT. M. animal. 1,419 in collo sunt duo -es, quorum unus . . . vocatur canna vocis et alius . . . vocatur . . . os stomachi *eqs.* **3** *de meatibus sanguinis:* ALBERT. M. animal. 1,392 quae *(arteria)* vadit ad -es, quae sunt in circuitu colon (*sim.* 1,401 in omnibus -bus venarum, quae consistunt in circuitu recti intestini). **4** *de intestino, meatibus urinae, spermatis sim.:* ALBERT. M. animal. 1,448 donec . . . compleatur *sperma* usque ad -em virgae . . .; a duobus -bus duorum globorum. 4,9 ad -em virgae virilis venit -is urinae et -is spermatis et -is humoris medii inter sperma et aquam. 4,46 via quaedam *(sc. emissionis ovorum),* -is longa, alba *eqs.* 7,12 -es (*p. 589[b],19* αὐλόν) quosdam, per quos aqua reicitur. WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p. 36,12 a quo *(felle)* . . . duo cannalia separantur. *al.* **5** *de meatu acustico:* ALBERT. M. animal. 1,78 licet audiant per quosdam -es sicut delfinus. **6** *de foramine sub osse iugali sito:* ALBERT. M. animal. 1,311 protenduntur *musculi temporum* in -i ossis descendendo. **7** *de fistula purulenta:* TROTULA 55 si fistula fuerit in aliquo loco, cuius cannale penetret ad oculos. **D** *usu vario:* **1** *proprie:* ALBERT. M. animal. 23,131 nidus *pelecanorum quorundam* . . . facit . . . -em, in qua est porta introitus sui. **2** *per compar.:* ALBERT. M. bon. 299 p. 169,52 'Deum . . . non . . . ut per solina' (*Ioh. Damasc. PG 94,1028[C]* διὰ σωλῆνος), id est -em (carnalem *BMC*), 'per ipsam *(Mariam)* transeuntem'.

III *vas oblongum, pelvis, catinum – Trog, Becken, Napf:* **A** *gener. (cf.* GLOSS. I 300,1 St.-S. in -bus est in uuazzertrogun. 303,18 in -bus in trogun vel nuoskin. 318,24 in -bus en nohin vel in drogin. IV 200,32 canilibus an goton. *al.):* WILH. HIRS. const. 1,98 p. 1033[A] unus -is, in qua lixivium semper habetur propter manus frequentius lavandas. VITA Salomae 18 offendens . . . pedibus -em canum. **B** *techn. i. q. forma fusoria – Gußform:* ANON. secret. p. 47,4 cum funditur *ferrum commixtum,* . . . proiiciatur . . . in -em ferreum.

IV *angustiae, fauces – (Eng-)Paß:* GLOSS. II 92,66 St.-S. in -i . . . bi den chlusun. 116,38 in -i notvuege. *ibid. al. nom. propr. (cf. H. Schmidinger, Patriarch und Landesherr. 1954. p. 137sq.):* VITA Conr. Salisb. 15 p. 71,48 exercitu transire disponit C-em, totam Karinthiam invadere . . . desiderans. LIGURINUS 7,225 Cannales . . . petiere. CHART. Stir. IV 133. *al.*

[Schmidt]

V *saccharon – Zuckerrohr (Saccharum officinarum L.):* WILBR. OLD. peregr. 1,5,20 in hac civitate . . . sensimus -em, de quo excoquitur zuccarum.

v. et 1. cannalis, 3. callus.

2. canalis (cha-), *acc.* -em *subst. vel* **canale** *n. vel* ***canal** *n.* **1** *tugurium canum – Hundehaus, -hütte:* GLOSS. III 444,29 St.-S. -l hunthus. 673,44 -l hunthus vel huntchelle hus. IV 42,57 -l (ch- *g*). *ibid. al.* **2** *cibus canum, brenna – Hundefutter:* GLOSS. III 451,40 St.-S. prinna vel -e hundaz. IV 42,61 -em huntaz. *ibid. al.* *Schmidt*

canalus *v.* 1. canalis.

***canamella** (cala-), -ae *f. vel* ***calamellus,** -i *m.* (canna *et* mel) *script.* canimel: *l. 19.*

saccharon – Zuckerrohr (Saccharum officinarum L.): ALBERT. AQUENS. hist. 5,37 -os . . . mellitos, per camporum planitiem habundanter repertos, suxit populus, quos vocant zucra. CHART. ord. Teut. 8 p. 9,20 de unaquaque pertica, que laborabitur cana-is, . . . habebitis unam cudariam zucari. 62 p. 51,11 *campus*, ubi fit canimel. 112 p. 93,19 quod . . . fratres plantarent . . . -as. BURCH. SION. descr. 2,4 rigantur . . . cala-ae, que in magna quantitate crescunt ibidem. *nom. propr.:* WILBR. OLD. peregr. 1,18,1 transeuntes castellum quoddam, C-am videlicet. *expressius de agris:* CHART. ord. Teut. 6 (a. 1173) casalia . . . cum . . . cana-is. BURCH. SION. descr. 7,36 fons . . . plures rigat cala-as et ortos. *cf.* canna (mellis). *Pape*

canapa *sim. v.* cannab(a). **canaparis** *v.* cinnabaris.

canaparius *v.* canabarius. **canapina** *v.* cannabinus.

***canapion** (-abi-) *vel* ***canapis** *subst.* (κάνωπον) *cortex vel liber sambuci – Holunderrinde, -bast:* ALPHITA I p. 281,42 -on est medianus cortex sambuci (*sim.* II p. 30,15 -bion. p. 161,16 -pis).

canaps, canapum, -us *v.* cannabis.

canatim *adv. more canum – nach Hundeart:* CARM. Cent. 160,14 vocibus alternis resonantes ambo -m. *Schmidt*

canava *v.* 1. canaba, cannabis.

***canavacius** *v.* *cannabacius. **canavarius** *v.* canabarius.

***canaveria** *v.* 1. *canabaria, *cannabaria.

canavium *v.* cannabis. **canb-** *v.* camb-.

***cancagium** *v.* *caucagium. **cancalis** *v.* cacalia.

cancarides *v.* cantharis. **cancella** *v.* cancellus.

***cancellaria,** -ae *f. de re v. H.-W. Klewitz, DtArch. 1. 1937. p. 44sqq.*

I *munus cancellarii – Amt des Kanzlers:* **A** *eccl.:* **1** *in curia Romana:* GERHOH. ord. p. 247,16 propter . . . occupationes -e, quibus . . . tuam prudentiam *(sc. Gerhardum presbyterum cardinalem)* necesse est invigilare. **2** *in archiepiscopatu:* CHART. Rhen. inf. II 80 (a. 1219) super -a nostra *(sc. Coloniensi)*, que vulgo capellaria vocatur. **B** *publ.:* **1** *in curia vel capella regum vel imperatorum:* ROB. TOR. chron. a. 1182 p. 530,47 Radulfus . . . archidiaconus . . . renunciavit -e regis *(Henrici Anglorum)*. CHART. march. Misn. II 568 (dipl. Philippi Augusti) data vacante -a ([*cf. G. Tessier, Diplomatique royale française. 1962. p. 134sqq.*]. CHART. archiep. Magd. 438 p. 575,24 [dipl. Heinr. VI.] datum . . . v. -a). **2** *in territorio:* CHART. Bund. 807 (a. 1244) Andream . . . investivimus *(sc. episcopus)* beneficio -e . . ., ita tamen, ut . . . iura comitatus nostri . . . studeat observare.

II *collegium notariorum sub cancellarii regimine constitutum eorumque officium vel sedes – Kanzlei:* **A** *proprie:* **1** *eccl. in curia Romana:* CARM. Bur. B 41,11,3 hic Charybdis debacchatur, id est -a, ubi nemo gratus gratis *eqs.* ORD. canc. pap. 3,1 de tota procuratione communiter . . . -a recipiat. *ibid. al.* **2** *publ.:* **a** *in curia vel capella regum vel imperatorum (cf. J. Fleckenstein, Die Hofkapelle der deutschen Könige. I. 1959. p. 75sq.):* ACTA imp. Winkelm. I 874 (a. 1241/42) -e forma . . . observanda (988,1 f. data . . . per imperatorem . . . super ordinacione -e). *per errorem i. q. capella – Kapelle:* RICHER. SENON. gest. 2,5 p. 271,37 sepius imperiali eum *(Angelramnum)* -e oportebat interesse. *cf. p. 145,50sqq.* **b** *in civitate:* CHART. Ital. Ficker 450 p. 456,42 (a. 1267) manu Pamtonerii notarii . . ., scribe publici -e Pisani comunis. **B** *meton. de aedibus, loco:* **1** *eccl. in curia Romana:* GERHOH. vigil. 3 p. 504,25 propter aurum et argentum in -a coacervatum. **2** *publ. in curia imperatoris:* ACTA imp. Winkelm. I 988,3 p. 739,3 (c. 1242/46) circa -am erunt hospicia pro consiliariis, sigillatore *eqs.*

cancellarius, -i *m. script.:* ka-: *p. 145,21.57.* cha-: *p. 145,22.* co-: *l. 24. p. 145,23. adde* DIPL. Loth. II. 50 p. 458,6 (ed. Th. Schieffer. 1966) comerius. -alc-: *p. 145,23.* -nge-: *l. 29. p. 145,29.* -nte-: *l. 25.* -ncze-: CHART. Bund. 1011. -nze-: *p. 145,19.41.146,54.* -nzal-: *l. 24.* -nzl-: *l. 24.* -cil-: *p. 145,20.* -ela-: *p. 145,19.21sq. 146, 57.* -ellera-: *p. 145,47.146,11.* -enla-: *l. 23. p. 145,18.* -ler-: GESTA Frid. imp. A p. 36,7. *etym.: p. 149,23sq. de re v. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 377sqq.; H.-W. Klewitz, DtArch. 1. 1937. p. 50sqq.*

I *scriba (diplomatum vel chartarum), notarius – (Urkunden-) Schreiber, Kanzlist, Notar:* **A** *publ.:* **1** *in iudicio comitum (cf. Schröder-Künßberg, Rechtsgesch. p. 178):* **a** *strictius:* LEX Ribv. 62,5 si autem -us mortuus fuerit. TRAD. Weiss. 194 p. 184,17 ego Liudoinus -us sive et inmanuensis hoc testamentum rogatus scripsi (DIPL. Merov. II 11 p. 99,37 Chaldo -us, rogatus a Karolo . . ., s. et subscripsi. CHART. Sangall. A 46 cancenlarius . . . sub Warino comite. 82 canzalarius. 241 conzlarius. 297 ad vicem . . . cantellarii. CHART. Turic. 208. *al.*). CONC. Karol. 37,44 presbyteros . . . -os publicos esse . . . decrevimus inhibendum (DIPL. Heinr. III. 192 p. 242,31 vocati sunt ad placitum per publicum -um Petrum Papiensem). CAPIT. reg. Franc. 158,12 ut -i (cang- *1*) electi boni et veraces cartas publicas conscribant ante comitem et scabinis. *al.* **b** *latius:* LEX Raet. Cur. 1,11,2 (ed. E. Meyer-Marthaler. 1959) ipse -us vel consiliarius aput illum alium iudicem tres annus conversare debet. VITA Eparch. 2 (MGMer. III p. 553,17) ab avo suo . . . comitive est receptus *Eparchius*, quem ille -um sibi instituit. DIPL. Loth. I. 102 (ed. Th. Schieffer. 1966) pro duobus advocatis . . . seu totidem -is. TRAD. Ratisb. 74 nobilem presbyterum Alawihum, -um Rodoldi comitis. *fort. add.:* CHART. Ital. Ficker 9 p. 12,29 (a. 824) erantque nobiscum *(sc. Widone misso)* . . . iudices domni imperatoris, Hildebrandus -us, Madelbertus scavinus. DIPL. Otton. II. 315 p. 372,23 Sergius . . . tabellio, Bernardus tolonarius, Martinus -us *astantes in generali placito imperatoris.* **2** *in curia vel capella regum vel imperatorum:* **a** *strictius:* DIPL. Karoli III. 111 p. 178,7 Hernustus -us advicem . . . archicancellarii recognovi (DIPL. Conr. I. 1 [*cf.* 6.7.9 notarius]. DIPL. Otton. I. 1 p. 90, 28 [*cf.* 2.3.6 notarius]. *al., cf. Bresslau, op. cit. p. 439sq.*). DIPL. Arnulfi 122 Ernusto, -o nostro, quasdam res . . . donavimus *(cf. P. Kehr, AbhBerl. 1939/IV. p. 22)*. ALMANN. Niv. 10 (MGMer. V p. 168,24) manu -i . . . regis *privilegium* scribi voluit. **b** *latius:* VITA Arid. 5 (MGMer. III p. 583,7) ut -us prior ante conspectum regis adsisteret. NOTKER. BALB. gest. 1,30 descriptionem ego inclusus absolutis -is vestris relinquens. *fort. add.:* LEG. Burgund. const. I 5 p. 31,14 domestici et maiores domus nostrae, -i etiam. BREV. NOTIT. p. A 9,29 filius Madelgozzi, -i Theodonis ducis *(cf. H. Fichtenau, MIÖG 71. 1963. p. 11).* **B** *eccl.:* **1** *in monasteriis:* **a** *strictius:* CHART. Fuld. B 275 (a. 801) ego Racholfus -us scripsi (CHART. Fuld. A 277 signum Hruodolfi, -i Fuldensis, qui hanc kartulam . . . s. CHART. Rhen. inf. I 52. CHART. Rhen. med. I 163 p. 228,11 Uogo -us scripsit et subscripsit. *al.*). CHART. select. Loersch 76 p. 60,26 ego Lanterus -us, cantor quoque Blandiniensis coenobii, . . . interfui et annotavi. **b** *latius:* DIPL. Otton. I. 82 p. 163,23 (interp. s. XI.) annuimus abbati -um sibi constituere. **2** *in episcopiis:* VITA Germ. 7 (MGMer. VII p. 422,7) vocans -um (notarium *Ven. Fort.*) ait *eqs.* TRAD. Frising. 958 Paldricus -us precepto Arnoldi episcopi scripsit. DIPL. Conr. II. 65 p. 81,18 cum -is, quos . . . *Mutinensis* ecclesia de clericis sui ordinis ad scribendos sue potestatis libellos et fidecarios habuit *(cf. Bresslau, op. cit. p. 640⁴).* **C** *theol. de angelis c. sensu pronuntiationis i. q. nuntius, praeco – Bote, Verkünder:* ALBERT. M. summ. creat. I 4,53 p. 591ᵇ,11 non mittuntur *superiora agmina* ad

[Heßler]

distans, sed potius illuminando reducunt in divinam cognitionem -os et commansionarios eiusdem domus *(i. caeli). cf. p. 149,23sq.*

II *princeps notariorum (diplomata recognoscens [sed v. p. 144,44sqq.] et custodis sigilli simul munere fungens) – Leiter des Beurkundungsgeschäftes, Vorsteher der Kanzlei, Kanzler (accedente officio consiliarii sim.: l. 15.26sqq. 38sqq.; bibliothecarii sim.: l. 11. p. 146,9sq. 34; legati: l. 29.45sq. 56. p. 146,17):* **A** *publ.:* **1** *in curia vel capella regum vel imperatorum:* **a** *spectat ad Francos, Teutonicos:* CAPIT. reg. Franc. 50,8 istius capitularii . . . quartum *exemplar* habeat -us noster. LEO III. epist. 5 p. 95,35 potestis interrogare . . . Ercanbaldum -um. DIPL. Ludow. Pii (Dipl. Belgica. I. 1950. 25 p. 46,22) Fridugisus abba et sacri palatii nostri summus -us (DIPL. Ludow. Germ. 17. 26. HINCM. ord. pal. 16 s. -us, qui a secretis olim appellabatur). DIPL. Loth. II. 13 p. 404,27 (ed. Th. Schieffer. 1966) Ercamboldus, regiae dignitatis -us, recognovi (31 p. 436,34 -us [cancenlarius *cod.*]. CAPIT. reg. Franc. 238 p. 146,45 -zelarius advicem . . . archicanzelarii r. DIPL. Arnulfi 141 -cillarius [*cf.* 140 p. 213,36 archicancellarius]. DIPL. Otton. I. 351 kanzelarius. DIPL. Otton. III. 100 p. 512,24 chancelarius . . . recognovit. DIPL. Heinr. II. 97 concellarius. DIPL. Heinr. III. 398 p. 556,1 calcellarius. *al.*). DIPL. Otton. II. 183 Hildiboldo . . . episcopo, simul etiam nostre maiestatis publico -o, . . . donavimus. DIPL. Otton. III. 281 p. 706,10 Heriberti, dilectissimi -i et archicapellani nostri, . . . postulationibus (334 ob interventum . . . Heriberti, nostri logothetę principalis et -i fidelis). CHART. Ital. Ficker 58 p. 84,4 Adalgerii misus et cangellarii. DIPL. Heinr. III. 112 episcopi Romanique palatii -i (*cf.* HERM. AUGIENS. chron. a. 1047 p. 126,33sq. Ravennati aecclesiae Hunfridum, -um suum in Italia, Constantiensi Theodericum, per alias provincias -um, . . . praefecit *imperator*. WOLFHER. Godeh. II 33 p. 216,8 Hezilo . . ., regius capellanus et Romanus -us. ANNAL. Hild. a. 1036 p. 41,4 Cisalpinus -us. ANNAL. Altah. a. 1057 p. 54,5 -o Italico). CHART. Rhen. med. I 530 p. 588,33 maior prepositus et regni -us Arnoldus. OTTO FRISING. chron. 7,14 p. 328,3 Albertus, . . . regis -us et primus . . . consiliarius. CONST. I 172 p. 238,15 imperialis aulę -o *mediante* (CHRON. Reinh. a. 1212 p. 580,44 -us et secretarius. *al.*). OTTO MOR. hist. p. 168,8 Rainaldus . . ., qui -zellarius primum vocabatur, sed postea fuit archicanzellarius Ytaliae. CHART. Wirt. II 419 p. 205,18 Gotefridus, -us imperatoris et scriba imperatoris. GISLEB. MONT. chron. 170 p. 253,13 privilegium . . . fuit . . . -o et prothonotario ad faciendum commissum. CONST. II 37,11 -o imperii *praesente*. CHART. Turic. 1576 p. 288,1 (dipl. Rud. I.) presentibus . . . Rudolfo nostro -llerario, . . . Gottefrido nostro notario. *persaepe. remissius de duce militari:* ALBERT. MIL. temp. 187 obsessa fuit civitas Faentie a Bertoldo, -o imperatoris Frederici. *per errorem de capellano:* RICHER. SENON. gest. 2,1 p. 269,28 erat vir ille *(Angelramnus)* imperatori . . . ita carus, ut ipsum suum -um efficeret. **b** *spectat ad alios populos:* CHRON. Pol. epist. p. 1,7 venerabili -o Michaeli. RAHEW. gest. 3,54 p. 229,4 caniclinus . . ., quem nos -um dicere possumus (HIST. de exp. Frid. imp. p. 15,17 legati Constantinopolitani imperatoris . . ., -us . . . ipsius . . . et alii. p. 49,12 kancellarius). SICARD. chron. a. 913 Beringarii -us . . . Cremone fuit episcopus. HEINR. LETT. chron. 23,2 p. 154,15 -us regis *Daciae*. WILH. RUBRUQU. itin. p. 318,8 -us, hoc est maior scriptor curie, nomine Bulgai. ACTA imp. Winkelm. I 989 p. 739,16 custodia sigilli spectat ad officium -i et eciam sigillare omnia, que sigillanda sunt. CHART. Burgenl. II 42 p. 30,8sq. (dipl. regis Hungariae) Philippo Waciensi, aule domine regine . . ., matris nostre, -o, Paulo . . ., aule nostre -o, . . . ecclesias gubernantibus. *al.* **2** *in comitatibus, territoriis:* CHART. Tirol. 293 p. 139,14 (a. 1164) Hecil, huius terre -us, . . . subscripsit (*cf.* CHART. Bund. 340 -us de Tyral). GESTA Camer. cont. I D 20 p. 508,29 Petrus . . ., sancti Audomari praepositus et Flandriae -us (*cf.* CHART. Lux. II 2 p. 3,12 Gerardo, preposito de Brugis et Flandriorum -o). *al.* **3** *in civitatibus:* ANNAL. Ianuens. I p. 18,8 clavarii scribanique, -us . . . primitus ordinati fuerant (III p. 141,10 potestas comisit ipsa sigilla . . . Guilielmo de Varagine et ipsum constituit comunis Ianue -um). CHART. civ. August. 4 testes sunt . . . Hainricus Schongoare -us, Hesse *eqs. ibid. al.* **4** *in iudicio pacis:* PAX Valenc. p. 605b,43 quicumque contrarium fecerit . . ., solvet sexaginta solidos, quorum . . . habebit . . . -us pacis quadraginta. *ibid. al.* **B** *eccl.:* **1** *in curia Romana (cf. Feine, Rechtsgesch. 3I. p. 284):* CHART. Fuld. A 747 p. 357,12 (epist. papae; a. 1046) datum . . . per manus Petri diaconi, bibliothecarii et -i sanctae apostolicae sedis (CONST. I 51 p. 100,6. *al. cf.* CHART. Mur. 3 [QuellSchweiz-Gesch. III 3. 1883. p. 113,9] diaconi cardinalis et -llerarii. GERHOH. ad Innoc. p. 236,17 querela de -is et notariis nimium parcis. HIST. de exp. Frid. imp. p. 6,4 papa Gregorius *(VIII.)*, qui prius in Romana ecclesia -i functus officio et dignitate *eqs. al. per errorem de vicecancellario:* HEINR. LETT. chron. 29,2 summus pontifex . . . misit . . . Mutinensem episcopum, palatii sui -um. **2** *in (archi)episcopiis, capitulis:* GESTA Camer. 1,86 precepit *episcopus* . . . Widoni, suo -o, ut *eqs.* ALBERT. AQUENS. hist. 6,39 p. 489F Arnulfum . . . -um sanctae ecclesiae Iherusalem . . . praefecerunt *principes*. GREG. IX. registr. 502 H., -us Baiocensis, qui sigillum tenet ipsius *episcopi*. ALBERT. M. cael. hier. 6,4 p. 147b,26 sicut dicit -us Parisiensis (SALIMB. chron. p. 182,23 littera magistri Phylippi, -i P. p. 223,10 domnus Oddo, qui condam P. -us fuerat. *al. cf.* ALBERT. M. summ. theol. II 4,14,3,2,1 dictum -i Philippi). CHART. Carniol. II 345 p. 267,1 patriarche -o. CHART. Helv. arb. 141 p. 220,17 vice Normandi, cantoris et -i Sedunensis. *al. de titulo honorifico:* CHART. Eichst. 79 (a. 1265) episcopus Eistetensis, sancte Moguntine sedis -us ([*cf. A. Werminghoff, Geschichte der Kirchenverfassung Deutschlands. I. 1905. p. 237*1]. CHART. Brixin. 207). **3** *in universitate litterarum: v. l. 23sqq.* **C** **1** *in imag.:* RUP. TUIT. inc. 23 (DtArch. 22. 1966. p. 471,8) ut tu *(sc. Laurentius)*, qui es in regno celesti -us dignus regis Christi et sanctae eius genetricis reginę . . ., sis etiam . . . patronus et tutor huius loci Deo dicati. **2** *per compar.:* HELW. denar. p. 92,23 ipsi *(sacerdoti)* clavium tuarum potestatem commisisti *(sc. Deus)*, ut . . . secreta conscientie . . . ut -us audiens sigillaret. **3** *in cognomine:* CHART. Worm. 113 (a. 1209) Iohannes de Capella, Heinricus cognomento C-us.

III *archicancellarius (sc. archiepiscopus cancellariae ob honorem praepositus) – Erzkanzler (cf.* GLOSS. III 379,1 St.-S. archicancellarius uronecancelere, -us idem. *de re v. Bresslau, op. cit. p. 451. 494sq.):* DIPL. Zwent. 3 archiepiscopus et -us Ratpotus (*cf.* 5 p. 27,1 summus -us noster [*v. ed. p. 6*]). DIPL. Loth. III. 2 p. 3,30 ad vicem -i (70 p. 109,12. *ibid. al.*). EPIST. Wibald. 340 p.471,28 cum . . . ex officio Coloniensis ecclesiae in Italico regno -us existat *archiepiscopus* (ANNALISTA Saxo a. 1132 p. 768,4. CHART. Bund. 331 p. 242,17 [dipl. Frid. I.] Arnoldus, C. archiepiscopus et Italici regni -us). SICARD. chron. a. 1161 p. 166,21 Romanis Tusculum impugnantibus et -is *(sc. Rainaldo et Christiano archiepiscopis)* . . . eam defendentibus (*de eisdem:* IOH. CODAGN. annal. a. 1167 -zellarii imperatoris). BURCH. URSB. chron. p. 42,37 imperialis aule -us (ALEX. MIN. apoc. 20 p. 425,11). *al.*

IV *per confusionem i. q. cellerarius – Kellermeister:* FORM. Augiens. B 37 signum preposito et decano et -elario et camerario.

cancellatio (-cio), -onis *f.* **1** *actio decussatim ponendi – das Überkreuzen:* ARNO REICHERSB. apol. p. 109,6 in -e illa manuum patriarchae Iacob (p. 109,11sq. 110,18sq.). *cf. p. 147,7sqq.* **2** *scripturae abolitio – Streichung:* CHART. Walkenr. 380 (a. 1266) se litteram . . . vidisse . . . sigillatam et apertam, nullam habentem -em aut vicium (CHART. ord. Teut. [Thur.] 323 absque omni -cione et vicio. *cf.* CHART. Altenburg. 230 p. 176,7). **3** *?locatio mutata vel obliqua, vacillatio – ?verklemmte, schiefe Stellung, das Wackeln:* AESCULAPIUS 10 p. 13,10 dentium vitia sunt multa; . . . sive molarum dolor sive -o.

***cancellatura**, -ae *f.* *munus vel dignitas cancellarii – Amt oder Würde des Kanzlers (cf. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 219sq.):* CHART. Rhen. inf. I 187 p. 119,22 (s. XII.med.)

[Heßler]

confirmamus *(sc. papa)* tibi *(sc. archiepiscopo Coloniensi)* apostolicae sedis -am . . ., ut te Petrus cancellarium habeat.

cancello, -avi, -atum, -are. *script.:* con-: ALDH. ad Acirc. 140 p. 193,19 *codd.* -nze-: *l. 22.44.*

I *proprie:* **A** *spectat ad motum membrorum:* **1** *de forma clatrorum i. q. decussatim ponere – (über)kreuzen:* THIOFR. flor. 4,2 p. 387^{C} in -tis manibus Iacob patriarchae ([*cf. Vulg. gen. 48,14*]. ARNO REICHERSB. apol. p. 109,36 qualiter . . . manus *Iacob* typice -tae sint). ALBERT. M. miner. 2,3,5 p. 54^{a},30 Cassiope . . . habens manus erectas et -tas. SALIMB. chron. p. 189,20 -tis manibus signum crucis faciebant *(de re v. J. Jungmann, Missarum Sollemnia. II. 1952. p. 294^{53}). alterum super alterum ponere – übereinander-, aufeinanderlegen:* ROD. CAMER. Lietb. 65 ea membra -tis manibus sibi texit. ALBERT. M. somn. 2,1,7 p. 167^{b},23 si . . . digitus super digitum -etur. **2** *de forma anguli i. q. curvare – krumm machen:* AESCULAPIUS 41 p. 67,18 silentium habeant *aegrotantes,* ut non corpora moveant et non -ent. **B** *spectat ad actionem clatrandi:* **1** *de scriptura i. q. lineis (decussatim factis) delere – (kreuzweise) durchstreichen:* CHART. Bund. 733 p. 201,16 (a. 1236) hex . . . inbreviaturis non mortificatis nec -zellatis . . . instrumenta . . . facere *(de re v. H. v. Voltelini, Die Südtiroler Notariats-Imbreviaturen. I. 1899. p. XXVIII sq.).* CHART. ord. Teut. (Thur.) 117 litteras . . . non -tas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas . . . vidimus (CONST. III 49,1. *al. in hac formula*). ACTA imp. Winkelm. I 989 p. 739,23 cancellarius potest corrigere et -are litteras ipsas, si -ande videntur de iure. CHART. Carinth. V 82 p. 60,3 privilegium . . . fratres . . . conventui restituerunt . . ., ut destrueretur, mortificaretur ac etiam -retur. NICOL. BIBER. carm. 2212 (ed. Th. Fischer. 1870) aut -andi sit eis *(versibus)* locus aut lacerandi. *c. sensu abolitionis:* CHART. Ital. Ficker 179 p. 224,9 (a. 1192) instrumentum . . . falsum, si in placito ad manus meas forte devenerit . . ., -bo *(sc. iudex).* CHART. Gosl. II 145 p. 201,33 quatinus . . . tam dampnosi statuti -antes edictum revocetis in irritum. **2** *de aedificiis i. q. fronte clatris simili instruere – mit einer gitterartigen Fassade versehen:* ODO Ern. duc. 5 p. 343^{A} quam *(stubam)* faber . . . fenestris quinquaginta tribus sic -vit, ut arcus longis amplexus arcum connexerit ulnis.

II *translate:* **A** *impedire – (ver)hindern:* CHART. Osn. III 308 p. 216,29 (a. 1264) nulla mors poterit hec -are, quin *eqs.* **B** *abolere – niederschlagen:* CHART. Ital. Ficker 472,2 (a. 1272) accusationem seu denunciationem penitus -zellare. **C** *liberare, solvere – befreien, lösen:* CHART. Ital. Ficker 448 p. 454,29 (a. 1267) qualiter dicti banniti . . . possint . . . de eorum bannis et condempnationibus eximi et -ari (p. 454, 41sqq.).

adi. **1. cancellans,** -antis. **1** *decussatim percurrens – sich überkreuzend, verschränkt:* CONR. MUR. clip. 61^{b} Oetingen viret et gilvo rubeoque repingit limbum, quos nivea -s linea stringit. **2** *?oblique positus, vacillans – ?schief stehend, wackelnd:* TRACT. de aegr. cur. p. 103,29 constituatur . . . eger in domo obscura, . . . lecto non -e.

2. cancellatus, -a, -um. **1** *de clatris eorumque forma:* **a** *decussatim dispositus – überkreuz angeordnet, verschlungen:* ARNULF. SAG. invect. 3 p. 94,27 inferior . . . pars *amphorarum* -is arcubus undique perforata. WILH. RUBRUQU. itin. p. 220,13 Tartari domum . . . fundant super rotam de virgis -is. **b** *clatris similis – gitterartig:* THEOD. HIRS. loc. sanct. 5 p. 13 circa ipsum opus decem columnae sunt dispositae, quae sibi impositos gestantes arcus -um efficiunt circillum. **c** *clatris instructus – vergittert:* VITA Ermin. 26 super illud *(sepulcrum)* edificare proposuit ediculam -am (-celleratam *4*). GESTA Ern. duc. II 19 p. 217,15 per fenestram -am ingentem exercitum . . . prospiciunt. **2** *de forma anguli:* **a** *angulosus – zickzackförmig:* HEIRIC. Germ. I 5,421 quid -o flectis compendia ductu ? **b** *bisulcus, duplex – gespalten, zweiteilig:* ALBERT. M. anim. 2,3,14 p. 260^{a},22 est . . . iste nervus *opticus* -us in anteriori parte cerebri et facit quasi triangulum.

subst. **cancellata,** -ae *f. locus (in litore maris) ad sal excoquendum institutus (in areas ad instar clatrorum dispertitus) – (gitterförmig unterteilte) Salzgewinnungsstätte (am Meer), 'Salzgarten':* DIPL. Karoli M. 254 p. 366,4 (spur. s. XI.$^{in.}$) dedimus alie tres filas ad salem faciendum in -a.

***cancellulus,** -i *m.* (*cf.* cancellus, cancellarius) *?scriba parvulus – ?junges Schreiberlein:* THEOD. AMORB. Mart. 13 non nisi cum sex puerulis et uno -o (cauculo *Anast. Biblioth. ad Mart.* [*PL 129,590^{B}*]) eduxerunt eum de urbe.

cancellus, -i, *saepius* **cancelli,** -orum *m. (f.* -a: *l. 19.41. 68) vel rarius* **cancellum,** -i *n. script.:* -nze-: *p. 149,63.* -cil(us): *l. 19. p. 149,38. cf. p. 149,12.* -el(us): *l. 39. form. acc. pl.* -es: *l. 68. etym.:* WALAHFR. exord. 6 p. 480,27sqq. -i videntur dici, quia minoribus columnis fiunt . . .; vel -i dicuntur a cubito, quod grece ancos dicitur; solent enim plurimi non altius construi, quam ut stantes desuper inniti cubitis possint.

I *proprie i. q. clatri, pluteus, caulae – Gitter, Geländer, Schranken (cf.* GLOSS. I 540,9 St.-S. -us piliri. 541,28 per -os duruh chancella. III 631,10 -i linaperga. IV 183,8 -us lin. 198,45 -os manebergun. V 46,33 -cile i. britissa *[cf. Ahd. Wb. I. p. 1411]. al.):* **A** *strictius:* **1** *de aedificiis:* **a** *intra ecclesias (cf. J. Braun, Der christliche Altar. II. 1924. p. 649sqq.):* **α** *in univ.:* ALCUIN. epist. 226 p. 370,13 direxi vobis *(sc. archiepiscopo)* et fratribus . . . -os quattuor. CHRON. Moiss. a. 796 (MGScript. I p. 303,4) ibi *(sc. Aquisgrani)* fabricavit *Karolus M.* ecclesiam . . ., cuius portas et -a fecit aerea (*cf.* EINH. Karol. 26 p. 30,27 basilicam . . . -is . . . adornavit). **β** *ad fines presbyterii, chori, altaris:* CONC. Merov. p. 123,20 pars illa, quae a -is versus altare dividitur, choris tantum psallentium pateat clericorum (LEO MARS. chron. 3,33 p. 725,32 -os . . . lapideos ante altarium. GODESC. GEMBL. gest. 52 -um altaris sancti Petri . . . reformavit *abbas.* CHART. Brixin. 166 p. 177,14 Marquardus -os nimis adiunctos altari sancte Marie elargivit. *al.*). EINH. Marc. et Petr. I 3,8 eum *(puerum contractum)* . . . in ecclesia iuxta -os iacere fecit. GESTA Trud. cont. II 4,8 ipsius *(monasterii)* navim a -o usque ad arcum inferiorem celavit. *al. una c. ambone ut vid.:* EKKEH. IV. cas. 59$^{ex.}$ episcopus . . . super -os . . . innititur . . . praedicans. ANDR. STRUM. (?) Ariald. 20 p. 1064,42 Arialdus . . . et Herlembaldus supra -elos stantes *eqs.* CATAL. thes. Germ. I 26,26 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967) II velamina linea et II serica ad -as pertinentia. *alleg.:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,140 -i, in quibus stant *chori,* multas mansiones in domo Patris designant. *cf. p. 149,24sq.* **γ** *circa sepulcra:* TRANSL. Germ. 2 (MGMer. VII p. 425,11) ad caput beati Germani extra -um (-os *var. l.*). VITA Boniti 37 (MGMer. VI p. 137,14) -um, quod supra viri Dei corpus inerat. REGISTR. Pant. Col. 17,1 p. 105,16 -i iuxta sepulchrum beati Brunonis. *al.* **δ** *ad lychnuchos:* CATAL. thes. Germ. I 74,63 (Mittelalterl. Schatzverz. I. 1967; a. 1003) corone argentee VII, exceptis XIII parvulis in -is deargentatis pendentibus (CONR. FRISING. gest. p. 322,41 ruunt c. cum -is suis). **b** *ad fenestras:* BEDA (?) mus. p. 910^{C} insertarum fenestrarum -i (HERM. MIND. epist. 3 [RömQuartSchr. 33. 1925. p. 167,18 sq.] maior fenestra . . . sex pedes habeat, spacium . . . inter -os unius pedis et palmi, -i duplices ferrei et quadratis virgis *eqs.*). NOTKER. BALB. gest. 1,6 per -os palatii rex prospiciens ([*cf. Vulg. prov. 7,6*]. THEOD. AMORB. Mart. 18 per -os reclinii. GESTA Halb. p. 101,6). LIUTPR. antap. 5,21 p. 142, 29 Constantinus . . . per -os caput exposuit. RUODLIEB XIII 132 quas *(dominas)* ad -os invenerunt speculantes. *al. in imag.:* HILDEG. epist. II 2 p. 334,3 per oculos -i . . . in montem excelsum aspicis. **c** *ad podia, maeniana sim.:* RUODLIEB III 66 in ampla curte *finipolis* steterunt; tunc per -os legatus dixit ad illos: '*eqs.*' COSMAS chron. 3,39 p. 212,16 superioris domus inter -os ad columnam fune ligata dimissus est. PHILO 146 (MittSchlesGesVolksk. 19. 1917. p. 62) Zeno per -os a menibus altis prospiciens. *al. fort. add.:* LEG. Lang. p. 179^{a},3 si habietarii -os (-as, -es, -a *var. l.*) fecerint, per sol. uno vadant pedes XII. **2** *de locis apertis i. q. saepes, saepimentum – Einfriedung, Gatter, Zaun:* **a** *proprie:* **α** *ante vel circa aedificia:* WILH. HIRS. const. 2,42 p. 1101^{D} magister . . . *pannos* super -os capituli ponit. CASUS Petrish. 3,13 ante

[Hefßler]

eam *(capellam)* -i erant. CHART. Laus. 726 p. 587,8 ad angulum -i *(ecclesiae)* sancti Pauli. β *circa areas:* RUODLIEB V 163 in curtem latam ⟨canc⟩ellis amphiprehensam. FRUTOLF. chron. p. 63,15 *pullum equinum* iussit rex includi -is ferreis. γ *ad sedem iudicii:* CHART. Ital. Ficker 4 p. 5,48 (a. 800) dum . . . coniunxisset Pipinus . . . rex -os in finibus Spoletanis. NIVARD.Ysengr. 6,500 quęrit -os. *adde:* HEIRIC. Germ. I 6,170 Volusianus erat . . . a -is prisco de more minister *(cf. Constant. vita Germ. 38).* δ *circa paganorum sanctuaria (cf. W. Grönbech, Kultur und Religion der Germanen. II. 1939. p. 107sq.):* BONIF. paen. p. 433,14 fecisti sacrilegium . . . de vota, quae ad arbores . . . vel ad -cillos (canullos *ed.*) . . . vovisti (*cf.* VITA Elig. 2,16 p. 706,7 nullus christianus ad fana . . . vel ad arbores aut ad -os . . . luminaria faciat aut vota reddere praesumat). **b** *in imag.:* HILDEG. epist. I 38 p. 204[A] tu . . . latuisti inebriatus odore florum per -os sanctorum emicans Deo. II 152 p. 571,12 audite et intelligite, omnes fideles, per -os ecclesiae, ut contra diabolicas artes victoriam habeatis. **B** *latius:* **1** *archit.:* **a** *foramina in pariete facta – durchbrochene Wand:* HONOR. AUGUST. cant. 2,9 p. 391[A.B] -i, id est parva foramina in pariete, per quae sol radios suos vibrat . . .; -i etiam sunt arcus (artus *ed.*) in anteriori parte domus; unde dicuntur cancellarii, videlicet prolocutores regis, qui de -is edicta regis populo dicunt . . .; -i quoque sunt loca in choro, in quibus psallentes sunt ordinati, et muniunt omnes, qui sunt in diversis gradibus constituti. **b** *opus reticulatum – Gitterwerk, Netzwerk:* ADAM gest. 2,69 p. 131,11 quod *(claustrum)* ipse *(archiepiscopus)* . . . lapideum fecit, forma . . . quadrangula, vario -orum ordine distinctum *(v. notam ed.).* HILDEG. scivias 3,6 p. 625[A] vidi . . . murum . . . anteriore eius parte totum arcuatum secundum modum -orum, non tamen apertum ut -os (*cf.* p. 629[B]). **c** *scalae, tabulatum – Leiter, Gerüst* (*cf.* GLOSS. I 450,16 St.-S. -os stiegun vel linun. IV 214,18 -a stie): VITA Poppon. 22 p. 306, 41 Hubaldo . . . praecipitium a -o ingessit *diabolus.* **2** *alch. fort. i. q. craticula vel instrumentum quoddam pectini simile – viell.: Rost oder rechenartiges Gerät:* ANON. secret. p. 68,20 fiat fornax . . . et recolligatur ad unum meatum cum -cilo de ferro extra exiens.

II *meton.:* **A** *eccl. i. q. pars ecclesiae clero reservata, chorus – Presbyterium, Chor:* WALAHFR. Gall. 2,35 ut violento . . . impulsu usque in ecclesiae -os ferrentur *lucernae.* MIRAC. Adalh. 1 praef. (MGScript. XV p. 861,5) ante gradum -i inferiorem. HARIULF. chron. 2,7 p. 54,22 haec *ecclesia* . . . habet ingentem turrem post -um. NIZO Frid. 9 ante maioris -i oratorium in faciem crucis . . . tumulatur. GESTA Trud. cont. II 3,5 p. 345,39 -um cum duabus adherentibus absidibus . . . inustum remansit. REIN. LEOD. annal. a. 1217 p. 676,6 in -o nostro facte sunt fenestre due. *al. adde:* GESTA Trud. cont. I 8,12 ut absque religiosa veste chorum nostrum nullus eorum *(clericorum)* intraret; sed qui missae maiori interesse vellent, in -o, cum esset spatiosum, circa abbatem starent. **B** *usu communi:* **1** *conchula ad fenestram in pariete facta – Fensternische:* ANNAL. Pegav. a. 1184 quicumque in -is non consederant, . . . sentina *sunt* suffocati (*cf.* CARM. de cal. Erf. 53 te -orum sedes a sede profunda, rex, . . . servat). **2** *atrium – Vorbau:* WOLBERO cant. 2 p. 1110[A] -i . . ., id est anterior pars aedificii. *v. et l. 22sq.* **3** *contignatio – Gebälk:* ANNAL. Mell. Cremif. a. 1184 v comites nobiles in secessum antiquae cloacae cadentes de -is miserabiliter submersi sunt. **4** *saeptum – Gehege:* CHART. Ticin. 194 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. III. 1943. p. 23,6; a. 1239) per quascumque terras et campum et pratum et -zellum homines de Quinto . . . debent ire et reddire (*cf.* p. 24,32). **5** *in imag. i. q. camera, armarium – Kammer, Schrank:* NIVARD. Ysengr. 6,98 -os . . . uteri quosque replebo tui. *Heßler*

1. cancer, -cri *m. (? f.: p. 150,2) script.:* ka-: GLOSS. IV 73,24 St.-S. granci: *p. 150,43.* cranc(is): ANTIDOT. Glasg. p. 116,7. 117,4. 120,5. *v. et p. 150,42. 151,63.* clancum: *p. 151,40.* -gros: ANTIDOT. Sangall. p. 88,20. -zares: ANTIDOT. Glasg. p. 127,17. *form.: nom. sg.* -crus: *p. 151,24. adde* ALBERT. MIL. temp. 3 p. 375,17. *? gen. sg.* -ceris: RECEPT. Sangall. I 68[capit.] *abl. sg.* -ere: GLOSS. Roger. I A 2,18 p. 639,4 de -o vel -ere. *acc. pl.:* -ceas: ANTIDOT. Glasg. p. 117,4. -zares: *p. 149,70.*

I *carcinus – Krebs:* **A** *de animalibus (cf.* ALBERT. M. animal. 24,22 -i aquatica sunt animalia in genere mollis testae contenta, et licet philosophia solum -os vocet magnos . . ., qui sunt in mari, alios autem caudatos vocet gambaros et magnos marinos vocet locustas, tamen . . . dicimus -os . . . omnia . . . mollis testae animalia multos pedes habentia et retrorsum natando incedentia *eqs.):* **1** *proprie:* **a** *de natura, speciebus:* HILDEG. phys. 5,32 -r magis calidus est quam frigidus *eqs.* ALBERT. M. animal. 1,33 quaedam *animalia* . . . ambulant pedibus in fundo aquae sicut genera -orum (*p. 487[b], 17* καρκίνων) multipedium. 1,100 modos -orum, sicut id, quod vocatur hastacooz et apud nos vocatur crapa, et est genus -i parvulum *eqs.* 1,228 -r . . . fluvialis (4,25. *al. cf. l. 36sqq.*). 4,19 in modo . . . -orum sunt genera diversa; quoddam enim genus -orum est valde magni corporis, quod graece thagoraha vocatur . . ., et genus tertium sunt -i, qui hyrcalli vocantur. *ibid.:* sunt multa genera -orum marinorum. 4,20 genus -orum parvi corporis et vocantur cancruli illi milites *eqs.* 4,22 genus . . . -orum, quod karabo sive locusta maris vocatur *eqs.* 4,33 -i . . . recipiunt aquam per os et eiciunt per portas dentium oris. 5,65 -i albi (*p. 547[b],26* καρκίνοι λευκοί) generantur intra testam animalis, quod est durae testae. 5,68 -r . . . parvus (*p. 548[a],14* καρκίνιον) generatur ex terra et limo. 7,19 -i . . . lapidosi, qui sub lapidibus habitant. 14,58 forfices . . . in -is sunt organa convenientia ad accipiendum. *al.* **b** *de usu (plerumque i. q. Potamobius astacus L. – Flußkrebs; cf.* GLOSS. III 84,30 St.-S. -r chrebze. *al.):* α *gener.:* ERMENR. Sval. 4 flumen . . . bimanes -os ebulliens. EKKEH. IV. bened. II 62 -orum vescas faciat, qui condidit ęscas. ECBASIS capt. 168 munera . . .: -i, mulli, trutta. NIVARD. Ysengr. 1,693 prętulerim rumbo -um? *de praestatione:* REGISTR. Patav. I p. 57,15 de beneficio -orum, quantum captura permiserit. β *pharm.:* AURELIUS 21 p. 725,12 *hydrophobicis* dato . . . -os fluviales assos cum calda tritos (TRACT. de aegr. cur. p. 172, 11. *cf.* TRACT. de caus. mul. 23 -crus fluminalis conbustus bibat in pocione). DIAETA Theod. 100 (add.) -i siccant et urinam procurant. ALBERT. M. animal. 8,40 opinantur quidam -os esse medicinam contra venenum. γ *techn.:* COMPOS. Luc. γ 24 tolle ossa cranci munda et incende . . . et teres. 28 ossa granci. **2** α *per compar. et in imag.:* EGBERT. fec. rat. 1, 486 perdit plaga nostra calorem: ad morem -i nunc cogimur ire retrorsum. METELL. peripar. 1,52 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965) retro flexile causas versu dicimus ipsas, ut latebras -i vestiget formula -i. BERTH. RATISB. serm. (SBWien 147/V. 1904. p. 28,38) heretici sicut bufones et -r latenter prodeunt in sero. *fort. add.:* CHRON. Worm. p. 169,3 *Heinricum* affirmabant equitasse in -o. **b** *in nominibus:* α *hominum:* TRAD. Scheftl. 264 (a. 1185/87) Rŏdolfus C-r. CAES. HEIST. mirac. I 10,67 p. 261,33 Theodoricus nomine, cognomento C-r. *al.* β *herbae:* ALPHITA I p. 283,29 centum grana, vulgari nostro herba -i (II p. 38,18. GLOSS. III 554,35 St.-S.). γ *venti collateralis inter orientem et austrum flantis:* HILDEG. fragm. 175 caput -i ([*de re v. ed. p. 43*]. *cf.* div. op. 1,2,17). **B** *de sidere:* BEDA temp. rat. 16,41 quartum *signum* -i ab ea *parte,* quam in medio lustrat Iunii *sol,* facit principium ortus. GERB. (?) astrolab. 2,2 circulus -i tropicus aestivus dicitur. MEGINFR. (?) carm. p. 643[B] notant, quantum sub -i nomine signum est in propatulo sita significatio -i *eqs.* NIVARD. Ysengr. 3,38 solarem -o tabificante rotam. METELL. Quir. 70,5 dum -r igneus leone pellitur. ALBERT. M. veget. 3,35 quae *(India)* sub -o est. *al. expressius de tempore caloris:* ALBERT. M. veget. 1,198 in aestate . . . mala est plantatio . . ., praecipue . . . in -o et leone. **C** *de morbo:* **1** *carcinoma, ulcus – Krebs, (bösartiges) Geschwür* (*cf.* GLOSS. I 778,3 St.-S. -r i. languor chancher. II 367,29 -r genus morbi . . . crepizo): **a** *proprie:* α *in univ.:* GLOSS. med. p. 14,14 -r (*cf. Galen. ed. C. G. Kühn. XI p. 139,4* περὶ τῶν καρκινωδῶν): vulnus, quod ubique . . . fieri . . . solet. ANTIDOT. Augiens. p. 44,22 *antidotum Galieni* -os curat. HUCBALD. carm. 2,68 cum -o ce-

[Payr]

dit . . . cacexia calvo. ODO MAGD. herb. 929 *cerefolium* appositum -is tritum cum melle medetur. HILDEG. caus. 2 p. 54, 24 si . . . siccum vel tepidum . . . modum suum transierint, . . . parant . . . -um et faciunt, quod illum *(hominem)* vermes comedunt *eqs.* IOH. IAMAT. chirurg. 7,1 -r est vulnus vel ulcus fetidum in superficie latum, parum concavum *eqs.* 7,7 vidimus . . . non solum partes carnosas -i corrosione ad nichilum redigi, sed etiam ossa remolliri. GLOSS. Roger. I B 2,17 (1,20) p. 631,15 -r . . . est apostema veniens ex humore melancolico proveniente ad similitudinem -i, qui ideo sic dicitur, quia sicut illud animal retrograditur, ita carnem . . . retrogradendo corrodit *eqs.* II 537 Galienus et Constantinus nolunt -um esse morbum incurabilem, non dicentes esse -um, nisi cum locus fuerit mortificatus. BRUNUS LONG. chirurg. 1,16 p. 114^{C} dicitur -r ad instar illius animalis, quia sicut illud animal habet vehementem tenacitatem in ripis . . ., sic hoc apostema in membris *eqs.* 2,5,5 p. 124^{A} in -o est dolor et inflatio cum pulsatione . . . et apparent in circuitu venae quasi -i pedes. THEOD. CERV. chirurg. 3,6 p. 159^{H} -r quanto antiquior, tanto peior. *saepe. de morbo equorum (v. et l. 38sqq.):* IORDAN. RUFF. equ. 6,47 p. 89,5 si vulnus veterascit . . ., efficitur exinde, quod -r dicitur in vulgari. ALBERT. M. animal. 22,72 -r morbus est equi, qui corium late comedit. β *de speciebus:* FRAGM. mul. I 76 si in mamilla-crus natus fuerit, -um fluviale conburis et . . . super locum aspargis (BENED. ANDR. chron. p. 27,2. *al.*). IOH. PLATEAR. simpl. med. p. 15b^{V} ad -um oris, ossis vel nervorum. TRANSL. Modo. 9 p. 295,18 tibia . . . -i correpta ulcere. ROGER. SALERN. chirurg. 1,737 -r fit aliquando in naribus . . ., palato, labiis vel gingivis. IOH. IAMAT. chirurg. 7,5 -r virge virilis. 7,10 est . . . genus -i talpa dictum. GLOSS. Roger. I A 3,23 p. 704,22 lepra . . . est idem quod -r universalis. BRUNUS LONG. chirurg. 1,16 p. 114^{B} alius *cancer* dicitur noli me tangere et alius lupus, alius -r nomine utriusque. ALBERT. M. animal. 10,53 fit *aborsus* ex . . . -o matricis. *al.*

b *in imag.:* EPIST. Ratisb. app. 1 p. 369,11 surculum diaboli . . . in terra hac surrexisse et iam ut -r latius serpere. CHART. Ror. 6 (Mon. Boica XVI p. 104,13) cogitavi . . . huic -o indigentie Rorensi ecclesie aliqua invenire remedia. **2** *?spasmus – ?Krampf (cf. ital.* granchio): MOSES PANORM. infirm. 24$^{tit.}$ capitulum clancum equorum curandi *(v. notam ed.).*

II *vermiculus – kleiner Wurm (cf. l. 2sqq.):* HILDEG. phys. 1,2 si -i, scilicet gracillimi vermiculi, carnem hominis comedunt (3,53).

2. cancer, -cri *m. columna, quadra – Säule, Stützplatte:* WALAHFR. exord. 6 p. 480,28 -i . . . vocantur maiores columnae et maximae quadrae *(cf. Paul. Fest. p. 32).*

Vulg. I Ioh. 4,16): α *theol.*: GODESC. SAXO theol. 3 p.98, 17sqq. -s . . ., quae filium habet, solus est pater Deus ingenitus -s ingenita; . . . -s, quae patrem habet, solus est filius -s genita. p.98,22 nec tres sunt -es . . ., sed una . . . est et trina . . . -s. 22 p.310,8 Deus ab ingenito genitoque procedens Deo aeterna et vera -s *est*. HILDEG. epist. I 30 p.193[D] ch-s hominem creavit, humilitas . . . eum redemit. ALBERT. M. incarn. 43 p.215, 48 *spiritus sanctus est* -s increata. *al.* β *usu communi*: ERMENR. ad Grim. 34 p.574,6 o regnans deitas . . ., lux lucis, -s. *al. luditur c. notione convivii*: NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 53,26 Deus -s est, qua iste vacuus est. **b** *de hominibus*: ALDH. epist. 1 p.476,3 vestrae -is affabili praesentia frui. LIBER diurn. 106 p.139,20 tuam unanimem -em ammonemus. FORM. Senon. I 37 cognuscat dilecta -s vestra. RATHER. epist. 4 p.28,25 vestrae paternitatis sanctissima -s. CHART. episc. Halb. 55 noverit omnium Christi fidelium -s. HERM. IUD. conv. 20 p.122,5 (ed. G. Niemeyer. 1963) -s fratrum. CHART. Eichsf. 513 ius *feudale* . . . Bruno . . . nostre *(sc. Basilii militis)* destinavit -i. *saepe*. **c** *de rebus*: α *opus vel officium dilectionis – Liebeserweis, Liebespflicht*: UNIBOS 175,4 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. 1956. p.294) mendacium non profero, -em pronuntio. THIETM. chron. 7,33 p.438,26 sine mea -e mortuus est. DIPL. Conr. II. 192 p.256,23 ut . . . episcopus . . . ibi *(sc. in monasterio)* prandendo -em adimpleat. PAUL. FULD. Erh. 1,5 p.12,15 caelestis pignoris k-em, scilicet libationem osculi. ALBERT. AQUENS. hist. 11,18 est . . . inviolabilis -s, ut subveniamus. *al.* β *agape, cena pro signo fraternae dilectionis praebita – Liebesmahl, Brudermahl* (*cf.* GLOSS. IV 30,32 St.-S. agape dilectio vel -s spentae): VITA Goar. 3 cum peregrinis et pauperes perfectam et Deo acceptam -em faciebat. WANDALB. Goar. 2,11 rogat, uti . . . in cella eius -em, ut verbo usitato loquar, facere debeat *Karolus imperator*. IOH. CANAP. Adalb. 17 cum -em ibi *(sc. in monasterio)* facere iussa foret *femina*, iam septem annis panem se non gustasse profitetur *eqs*. THIETM. chron. 6, 19 post missam et -em expletam. EKKEH. IV. cas. 38[in.] rex . . . cum ob -es agendas fratribus . . . coenobio veniret. *al.* γ *potus vel cibus extraordinarius, oblatio vini – Zulage an Trank und Speise, Weinspende (cf. B. Bischoff, Mittelalterliche Studien. II. 1967. p.56sqq.)*: GERH. AUGUST. Udalr. I 4 p.393,16 canonici . . . -em accipientes. CONSUET. Trev. 43 p.42,25 potest abbas . . . fratribus -em facere omnibus singulis potibus porrectis. TRAD. Ratisb. 416 ut in anniversario eius . . . et elemosina **c** pauperibus et fratribus -s ageretur *(item de anniversariis*: THEOD. TUIT. registr. II p. 285,9 ad k-es fratrum vel pitantias pertinent XXXIII solidi. CHART. Raitenh. 23 quatuor -is servicia. TRAD. Teg. 373[a] p.286,38 -s . . ., scilicet . . . potus vini et panis et IV pulmenta. *al.)*. WILH. HIRS. const. 2,12 p.1051[B] de cella novitiorum in refectorium ch-em suam *(sc. abbatis)* mittere. p.1051[C] ch-em bibendo. CONSUET. Marb. 258 (Spicil. Friburg. X. 1965) potum -is benedicat dextra Dei patris. CHART. Sangall. B 143 p.142,2 propinatur fratribus . . . k-s nati infantis poculum vini. CHART. Berg. Magd. 121 p.84,36 magister k-is. *saepe*. *collectio vel cena cum cibo vel potu extraordinario celebranda – Zusammenkunft oder Mahl mit zusätzlicher Spende an Speise und Trank*: EKKEH. IV. cas. 110 de communi et privatis collectae fiunt et habundam -em faciunt. WILH. HIRS. const. p.1051[D] debet . . . ch-s solito longior esse. ORTL. chron. 1,17 p.76,22 plenariam refectionem, quam appellamus -em. GESTA Lob. 21 collectionem ecclesiasticam, quae ch-is nomine vocatur. *al.* δ *potus amoris – Minnetrunk (cf. A. Franz, Kirchliche Benediktionen im Mittelalter. I. 1909. p.291)*: GERH. AUGUST. (?) Udalr. II 12 capit. p.419,20 -em sancti Oudalrici bibere. 11 p.421[a],7 cum ista -e signatus certus sum, quia nullius adversitatis pravitas mihi hodie poterit nocere. *al.* ARNOLD. RATISB. Emm. 1,7 p.552[a],32 k-e eius *(s. Emmerammi)* finiri convivium. p.552[a],34 pincernae propinantes singulis . . . k-em martiris. ε *alimentum – Verpflegung*: EPIST. Worm. I 54 quatinus . . . cum aliqua -is exhibitione mihi pateat hospicium. STATUT. ord. Teut. p. 108,15 famulis in -e servientibus. p.108,42 dare eis solidos et -em. p.109,40 de-e vel precio respondere. *ibid. al.* ζ *donum, munus, oblatio – Geschenk, Gabe, Stiftung*: EPIST. Worm. I 4 mittimus vobis parvulam -em. PAUL. FULD. Erh. 2,11 (8) de pede crucifixi . . . denarius quasi quaedam k-s . . . decidit. TRAD. Fuld. I 75 p.152,25 in ius -is animarum, quod vulgo selgereth dicitur, duo talenta ordinamus. TRAD. Ratisb. 929 se habere . . . de ecclesia . . . carradam vini . . . non iure beneficii, sed loco donationis et -is. *al.* η *pignus sanctum – Reliquie*: TRANSL. Modo. 34 p.305,2 -is geruli. **B** *latius*: **1** *amor coniugalis – eheliche Liebe*: DIPL. Loth. I. 106 p.252,26 (ed. Th. Schieffer. 1966) coniugii -e. HILDEG. scivias 1,2 p.392[C] vir et mulier caro una in coniunctione ch-is ad multiplicandum genus humanum efficiuntur. **2** *studium, respectus – Eifer, Rücksicht*: GODESC. SAXO theol. 11 p.220,10 quae si . . . ex -e veritatis, ut oportet filium veritatis, . . . legeris (19 p.261, 18 v. et fraternitatis -e cogente. gramm. 2 p.480,11). **3** *necessitudo, consonantia – Beziehung, Zusammenklang*: Ps. ODO CLUN. dial. 18 p.264[a],28 quia nulla sequentium diatessaron ei *(primae nonae)* -e coniungitur, quae principalis est consonantia.

II *magnum pretium – Teuerung*: CAPIT. reg. Franc. 28,4 sive tempore abundantiae sive tempore -is. EKKEH. URAUG. chron. a.1123 p.261,21 coepit undique -s, immo raritas, annonae succrescere.

***caritativus** (ka-, cha-), -a, -um.

I *adi.*: **A** *caritatis plenus, clemens, benignus – liebevoll, freundlich, gütig*: **1** *in univ.*: **a** *de hominibus*: PONTIF. Rom.-Germ. 32,7 p.79,12 (Studi e Testi 226. 1963) sit benigna et -a *abbatissa*. DIPL. Otton. III. 235 p.650,39 noster -us pater. UNIBOS 177,1 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. 1956. p. 296) -us presbiter fatetur temporaliter. EKKEH. IV. bened. I 24,26 vivite concordes (gloss.: -i), lavat omnes hęc via sordes. ALBERT. M. Is. 33,16 p.360,57 -us in corde, liberalis in manu. *al.* **b** *de rebus*: CAPIT. reg. Franc. 294 p.423,24 vestram paterna et -a . . . cum interpositione divini nominis . . nobilitatem hortamur. TRAD. Salisb. I 1 p.254,23 ortamina. EPIST. Teg. I 2 bonum . . . -ae vicissitudinis. CHART. Austr. sup. II 202 p.299,8 peticionibus. CHART. Merseb. 159[a] p.946,27 pio et k-o vobis respondemus affectu. CONST. II 463 p.636,2 pro pacis et concordie k-is nexibus connectendis. *al.* **2** *c. colore quodam*: **a** *beneficus – wohl-, mildtätig*: EPIST. Mog. 16 (synod.) elęmosinarum -a dispensatione. ARNOLD. RATISB. Emm. 1,13 p.553[b],16 k-o usui monachorum. CHART. Sigeburg. 87 p.183,14 (ed. E. Wisplinghoff. 1964) istud k-um factum. CHART. Bern. II 267 p.285, 12 in meram, perpetuam et k-am elemosinam . . . dedi. *al.* **b** *gratuitus – unentgeltlich*: TRAD. Falk. p. 41,19 (a. 1165/83) media k-a advocatia penes Niwinburch *(cf. notam ed. p. XVI)*. **B** *ad agapen pertinens – zum Liebesmahl gehörig, Liebes-*: EKKEH. IV. cas. 24 coenam fratribus -am . . . exhibuit. TRAD. Werd. 102 p. 5,11 panis seu vini seu etiam piscis k-e exhibitionis refectionem. TRAD. Ratisb. 650 k-a . . . obsequia. *remissius*: VITA Menel. 2,15 (MGMer. V p.157,1) k-i amoris poculum.

II *subst. neutr.*: *beneficium – wohltätige Wirkung*: VITA Menel. 2,9 (MGMer. V p.153,23; s. X./XI) k-um virtutis.

adv. **caritative.** *cum caritate, clementer, benigne – liebevoll, freundlich, gütig*: **1** *in univ.*: RATHER. epist. 1 p.14,2 -e . . . confabulando. 13 p.67,4 interrogasti quendam . . . explorative, non -e. ADALB. MAGD. chron. a.962 p.172,11 ad regem veniens -e suscipitur (THIETM. chron. 6,70. *al.*). GERH. AUGUST. Udalr. I 1 p.386,38 cum omnibus -e versabatur. 4 p.393,20 caritatem omnes -e bibere rogavit. THIETM. chron. 7,47 -e salutatus abiit. CHART. Basil. A I 112 p.173,24 ut, quod . . . cupidinarie fuerat actum, -e esset emendatum. STATUT. ord. Teut. p. 32,20 ut . . . infirmi -e reficiantur. SALIMB. chron. p.315,36 humane . . . et -e se habuerunt erga nos. *saepe*. **2** *c. colore quodam*: **a** *amicabiliter – in freundschaftlicher Gesinnung, in gutem Einvernehmen*: ANNAL. Sangall. IV a. 966 *episcopi et abbates* -e abierant. HERM. AUGIENS. chron. a. 1051 p.129,38 -e a se invicem discedentes *papa et imperator*. CONST. I 77 p.129,6 cum tecum -e indus-

[Payr]

bitanter ascenderemus. **b** *bona cum gratia – gütlich:* WOLFHER. Godeh. I 24 p. 185,44 rebus -e pacificatis. CHART. Lamb. Leod. 50 p. 87,6 hęc . . . -e et rationabiliter contracta. **c** *benevole, gratuito – zuvorkommend, unentgeltlich:* ACTA imp. Winkelm. I 162 p. 138,42 (a. 1219) cum navicula statuta ibidem ad transfretandum -e exinde transeuntes. CHART. Eberb. 277 p. 33,11 filios nostros . . . ch-e et absque conditione in fratres . . . susceperunt. **d** *libenter – gern:* RAGIMB. epist. 8 p. 532,5 satis et -e scriptis tuis occurrerem, si *eqs.*

caritosus *v.* charitosus.

***caritudo,** -inis *f.* **1** *dilectio – Liebe:* GREG. CAT. chron. I p. 111,31 vestra . . . sublimi -e . . . cohortatus. p. 114,24 quamvis magnus videar in -e, tantillus tamen in munere *eqs.* **2** *magnum pretium – Teuerung:* MIRAC. Firm. 2,15 vini erat tunc temporis -o permaxima. ACTA imp. Winkelm. I 679 p. 537,42 propter -em salis.

***carlaxarium,** -i *n.* (caro *et* laxare) *carnisprivium, tempus vel dies ultimus ieiunium quadragesimale praecedens – Vorfastenzeit, Fastnacht:* REGISTR. Trident. I 1 p. 18,5 (a. 1220) solvit . . . omni anno ad -um unum agnelum (3 p. 20,31. *ibid. al.*). CHART. Tirol. notar. I 492 promisit . . . solvere . . . usque ad -um proximum decem . . . libras Ver. *Payr*

***carmalus, -um** *v.* *carmula.

carmen, -inis *n.* *script.:* ka-: *l. 53.* ga-: *p. 290,55.* *form. acc. sg.* -um, -ium: *p. 290,45sq.* *def.:* *p. 189,3.*

I *spectat ad id quod canitur vel recitatur:* **A** *proprie:* **1** *spectat ad voces anim. i. q. canticum, cantilena, ode – Lied, Gesangsstück, Gesang (cf.* GLOSS. I 80,30 St.-S. -n leoden. *al.):* **a** *de canticis hominum:* **α** *gener. (cf.* GLOSS. IV 197,1 St.-S. arcum -n gart sanc. *al.):* *de canticis historicis, heroicis, militaribus sim. (cf.* GLOSS. II 774,5 St.-S. -e keuuachte): ALCUIN. epist. 149 p. 242,14 ut puerorum saevitia . . . -is dulcedine mitigaretur. EINH. Karol. 29 barbara et antiquissima -a, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit. WALAHFR. exord. 32 p. 516,15 habet mundus . . . -um pompaticos relatores. HILDEG. Far. 78 (MGMer. V p. 193,3) ex . . . victoria -n publicum iuxta rusticitatem per omnium . . . volitabat ora. FROUM. carm. 14,13 dulcia laudantes resonemus -a, fratres: 'Dux benedictus eris'. CARM. Cantabr. 11,1[b],9 domini nomen -i inponebant. RAHEW. gest. 4,5 p. 239,14 qui . . . facta imperatoris -bus favorabilibus celebrarent. *al. de canticis lamentationes exprimentibus, neniis:* THEODULF. carm. 21,108 frater, pro cuius -a morte damus. MIRAC. Genes. Hier. 2 p. 170,46 -n lugubre de morte domini sui . . . audivit. THIETM. chron. 6,63 corpus . . . usque ad locum sepulchri -e et planctu defertur. *al. usu vario:* HRABAN. hom. I 19 p. 38[c] inter . . . pocula cantant -a daemonum arte confecta. VITA Mathild. II 16 p. 294,27 neminem voluit audire -a secularia cantantem. *al. proverb.:* EGBERT. fec. rat. 1,445 cuius enim panem manduco, -a canto. **β** *eccl.:* VITA Gertr. A 2 p. 457,8 ad docendum divini legis -a. ALCUIN. Willibr. praef. (MGMer. VII p. 114,5) heleiacum -n de viro venerabili Wilgilso. RHYTHM. 19,10,1 k-n Christo triumphale chorus cantat (WALAHFR. Wett. 279 cantantur septem lacrimantum -a [gloss. RO: psalmos penitentiales]). HRABAN. epist. 33 p. 466,47 eodem -e *(sc. cantico deuteronomii)* spiritualiter instruimur. AUREL. REOM. mus. 4 p. 33[b],18 Ambrosiana -a. MUS. ENCHIR. 18 p. 171[b],29 pro ornatu ecclesiasticorum -um. VITA Mathild. II 16 p. 294,28 audivit sancta -a de evangeliis . . . sumpta. BERNO modul. psalm. 5 p. 94[a] psalmorum -a. METELL. Quir. 3,39 per -n vetus et novum. *saepe. in imag. de Christo:* ALCUIN. carm. 29,1,3 cordis tu *(sc. Iesus)* -n in ore (HRABAN. carm. 23,6). **b** *de canticis bestiarum:* **α** *avium:* ALDH. ad Acirc. 58,4 garrula mox crepitat rubicundum -a (-e *var. l.*) guttur. ARNO ad Cuc. (MGEpist. IV p. 110,21) mellifluum turdus variat de gutture -n. CARM. Cantabr. 23,5,4 aves . . . celebrant estivum undique -n. *al. gallorum:* NIVARD. Ysengr. 4,944 tuus . . . parens . . . -n herile dabat. 7,60. *al.* **β** *quadrupedum (in fabula):* ECBASIS capt. 235 adfuit his *(crabronibus)* vitulus celso cum -e mixtus. NIVARD. Ysengr. 7,103 Allobrogas pretium si speret *sus* -is omnes. 7,160. **2** *spectat ad sonos instrumentorum i. q. modus – Weise:* HROTSV. Agn. 101 organa . . . -n dulce mihi cantant. FOLCUIN. Lob. 12 p. 60,28 nocte dieque vigil depromam *(sc. campana)* -a Christo. *al.* **B** *translate:* **1** *poema, versus – Gedicht, Dichtung, Vers(e):* **a** *strictius:* **α** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 94,5 pleraque -a . . . in honorem Priapi conscripta sunt. CATAL. biblioth. Lehm. I 53 p. 260,25 in . . . libello continentur XII -a Theodiscae linguae formata. WALAHFR. hort. 153 vili quam *(segetem)* -e pinxi. carm. 3,5 -a Pigmei mittam simul atque gigantis. THEGAN. Ludow. 19 p. 594,37 poetica -a gentilia, quae in iuventute didicerat, respuit. CARM. Cent. 81,5 -a Pieria. MILO carm. 3,4,2,1036 quodsi . . . nequit -n iam iure vocari, sit satis . . . censeri nomine rithmi. TRANSL. Iuven. 1 (MGScript. XXX p. 977,34) -a poetarum priorumque philosophorum, . . . quae sunt fabulae *eqs.* FROUM. carm. 19,6 versificum -n . . . ponere stilo. ARCHIPOETA 6,41 tibi scribam -n et odas. MIRAC. Otton. Bamb. II prol. in libello, quem dramatico -e vel etiam prosa decurrente . . . Herbordus . . . persudavit. *saepissime. v. et p. 174,33.* **β** *eccl.:* ARBEO Emm. 18 anelabat Daviticum -n. HRABAN. carm. 39[tit.] de fide catholica rythmo -n compositum. WANDALB. martyr. concl. 1,2 haec . . . tuo, Deus, conscripsi . . . munere -a. WALTH. SPIR. Christoph. II 6,265 succinat omnis 'amen', quoniam subit ostia -n. METELL. peripar. 1,35 p. 338 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965) commemorabo Quirini gesta, dabo sibi digna laudum -a. *saepe. remissius i. q. textus – Text, Inhalt:* CAND. FULD. Eigil. II 2,27 iuvenis librorum -e . . . pascitur. **b** *latius:* **α** *metrum – Versmaß:* ALDH. ad Acirc. 10 p. 96,17 regula bucolici -is exigit, ut *eqs.* GODESC. SAXO theol. 7 p. 191,24 nisi -n impedisset. RUD. FULD. mirac. 14 p. 339,47 elegiaco -e. p. 340,1 Asclepiadeo -e. **β** *ars poetica – Dichtkunst:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,57 quę *(sorores Euterpes)* somno raptum docuerunt -a gallum. GUNZO epist. 3 p. 23,9 poema emittit ignorans oeconomiam -is. ECBASIS capt. 20 consuescunt multi, quam qui sint -e docti, longos accentus . . . vertere. *ars bene dicendi et scribendi – rhetorische, 'höhere' Bildung:* CONC. Rem. app. (MGScript. III p. 687,10; a. 992) quia tali -e *(sc. Platonis, Virgilii eqs.)* imbuti non sunt. **2** *verbum, sententia – Spruch, Formel:* **a** *incantatio, canticum – Zauberspruch, Zauber-, Besprechungsformel (cf.* GLOSS. I 538,7 St.-S. -a carminot. II 95,61 -a zaubarchiscrip. III 496,2 -n galster. *al.):* ALDH. virg. I 47 p. 301,17 quas *(aspides)* Marsi incantationum -bus irritabant (ALBERT. M. animal. 7,115 mulieres incantatrices . . . faciunt quaedam -a [*p. 605[a],6* τὰς ἐπωδάς] i. . . .; haec -a vocat Aristoteles corrupte proverbia). PIRMIN. scar. 22 p. 55,14 nullus -um (-ium *A*) diabolicum credire nec super se mittere . . . non presumat (DECRET. Burch. 19,5 p. 961[A] dicunt *nefarii homines* diabolica -a super panem). SERMO de sacril. 15 -a vel incantationes . . . haec sunt: ad fascinum *eqs.* CONC. Karol. 16[A],4 de pugna duorum . . ., ne forte -bus . . . insidiantur. LIUTPR. antap. 5,32 p. 150,31 Willa . . . coepit aruspices . . . inquirere, quo eorum -bus iuvaretur. LAMB. LEOD. Matth. IV 34 mater . . . medicinam et anilia adhibuit -a. *al. expressius de scientia incantationum:* COSMAS chron. 1,4 p. 10,1 que *(Kazi)* Medee Cholchice herbis et -e (ga- *A 3[a]*) nec Peonio magistro arte medicinali cessit. *de incantationibus sepulturae (cf. H. Bächtold-Stäubli, Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens. III. 1929/30. p. 134sq. s. v. 'Dadsisas'):* RATHER. epist. 25 p. 133,24 (admon. synod.) -a diabolica, quae super mortuos . . . vulgus cantare solet, . . . vetate. DECRET. Burch. 19,5 p. 964[B] observasti excubias funeris . . . et cantasti ibi diabolica -a. **b** *formula iuridica – Rechtsformel:* FORM. Marculfi 1,1 p. 39,12 nova decernere -a. EGINO epist. 31 p. 446,39 pater universalis . . . in palatium, ut moris est, iudicum legali perducitur -e. *al.*

II *spectat ad actionem vel modum canendi i. q. cantio, cantus – Singen, Gesangsart, Gesang:* EIGIL Sturm. 15[a] p. 373, 14 corpus . . . spiritali -e ad flumen portatum (19 p. 375,19). EPIST. var. I 5 p. 499,4 psalmorum cum -e precamur. EPIST. pont. Rom. sel. II B 33 p. 603,16 dulcedinem Gregoriani -is.

***carmenum,** -i *n.* *(orig. inc., nisi subest arab.* kammūn *vel* karawijā', *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr.*

[Erb]

nr. 1046. 1087) species cumini – Kümmelart: THADD. FLORENT. cons. 2,7 recipe . . . piperis, cimini, -i . . . unzias II (*sim.* 12,92). *cf.* *cordumenum.

***carmiger,** -eri *m. qui carmina pangit, versificator – Versemacher, 'Verseschmied':* ALCUIN. carm. 3,34,83 -r (armiger *U*) indoctus cecinit hos Alcuine versus.

carminatio, -onis *f. dissipatio, actio dissolvendi – Zerstreuung, Regulierung:* ALBERT. M. veget. 6,111 operatur *galbanum* . . . in corporibus . . . -em ventositatum. 6,122 operatur *iuniperus* . . . calefactionem et -em.

***carminativus,** -a, -um. *qui dissipat, dissolvit – zerstreuend, regulierend:* ALBERT. M. veget. 5,114 sunt . . . abstersivae et -ae *operationes plantarum.* 6,282 anetum . . . est . . . -um ventositatum. 6,398.428.

***carminice** *adv. poetice, versifice – dichterisch, in Versen:* VITA Annon. III[tit.] vita . . . -e descripta.

***carminium** (-rom-, -min), -i *n. (arab.* kirmiz, *inde francog.* carmin, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. II. p. 708sq.) coccum – Scharlach(farbe), Karmesin, Karmin:* THEOPH. sched. 1,40 omnia, quae folio et carmin pinxeris. HERACLIUS II 42 accipe . . . -um (caro- *S*), i. e. cinobrium, . . . et de -o (caro- *S*) duas partes equales . . . misce. 58 -um incides de nigro. ALPHITA I p. 282,41 -um, synopide idem. *al. fort. huc spectat:* MAPPAE CLAVIC. praef. p. 188,33 carum minium incides de bruno *eqs.*

1. carmino, -are. **1** *pangere – dichten, dichterisch besingen:* ALDH. ad Acirc. 6 sequentia *capitula* . . . metrorum versibus . . . -antur. CARM. Aldh. 3,15 cuius *(Dei)* inmensa munera nequeo . . . -are. **2** *incantare – Zaubersprüche sagen:* SERMO de sacril. 14 qui ad serpentes morsos . . . -at.

2. carmino, -atum, -are. **1** *pectere, vellere – krempeln, hecheln, zupfen (cf.* GLOSS. III 647,43 St.-S. -are zeisin. *al.):* AESCULAPIUS 22 p. 36,22 post cibos cooperiantur loca *dorsi* ex lana molli, -ta (ALBERT. M. meteor. 2,1,10 p. 527[b],7 l. tenuis, distracta sive -ta. *al.*). OLIV. hist. Dam. 65 mulieres *Armeniorum* nent ac -ant. THEOD. CERV. chirurg. 3,11 p. 163[D] filis minutissime -tis. *al.* **2** *radendo admovere – durch Scharren zuschieben:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 59,11 parentes scalpunt eis *(pullis)* et -ant grana pedibus. *cf.* *carpinatus, *carzino.

carminulum, -i *n. carmen (pusillum) – Liedchen, (kleines) Gedicht:* COLUMB. epist. 10,4 accipe . . . bipedali condita versu -orum munera parva. HROTSV. Bas. 2 iungens praescriptis carmina -is. Gong. 260 laudum -a concinuere Deo. Mar. 4. 18. gest. 13.

***carmula,** -ae *f. vel rarius* ***carmulus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. (germ.* *karmi, *cf. Th. v. Grienberger, MIÖG 35.1914. p. 663sq.) seditio, tumultus – Aufruhr, Aufstand (cf.* GLOSS. IV 134,44 St.-S. -e urluge. 231,5 ⟨c⟩a-a urlouge. *al.):* LEX Baiuv. 2,3 si quis seditionem excitaverit contra ducem suum, quod Baiuvarii -um (ear-, kar-, -mal-, -mel-, -ullum, -lin, -a(m) *var. l.*) dicunt. ANNAL. Emm. Ratisb. a. 818 (MG Script. I p. 93,24) rex -malum levavit. LIBELL. de conv. Baiuv. 5 sedata . . . -a. GERH. AUGUST. Udalr. I 28 p. 417,7 -a mitigata. VITA Virg. Salisb. I 4. *al. in hac regione.*

*?****carmum,** -i *n. (fort. cohaeret c.* 1. *calma) *?saltus pascuus – ?Gebirgsweide:* DIPL. Karoli III. 34 p. 58,14 ascendente *fine* . . . usque ad culmen Luxeriae et de -o (calmo *vel* campo *ci. ed.*) Luxerię ad sanctum Nicolesium. *Erb*

carnalis, -e. *abl. pl.* -is: *p. 292,33.*

I *adi.: ad carnem pertinens – fleischlich, Fleisch-:* **A** *strictius:* **1** *e carne oriens – aus Fleisch hervorgehend:* RECEPT. Sangall. I 72 potio ad vermes -e . . . occidendas (73 pro verme -e). **2** *quo (tempore) carnes comedere licet – zu welcher (Zeit) Fleisch gegessen werden darf:* TRAD. Westph. III p. 23,5 (c. 1100) feria -is. **3** *loco carnis solvendus – an Stelle von einer Fleischlieferung zu zahlen:* REGISTR. Wirz. (WürzbDiözGeschBl. 18/19. 1956/57. p. 27,11; c. 1270) solvit . . . ad denarios -es III solidos (p. 30,7). **4** *ad merces carnarias pertinens – Fleischwaren-:* CHART. civ. Halb. 4 (a. 1105) censura et mensura stipendiorum -ium. **B** *latius i. q. corporalis, qui corporis est – körperlich, leiblich, des Leibes:* **1** *in univ.:* ALDH. virg. I 58 p. 317,25 statura. CONC. Karol. 39[A],123 p. 403,15 annonam spiritalem -emque. WALAHFR. Mamm. 4,17 Macedonia Paulo dat -e bonum. CAND. FULD. Eigil. I 15 cibo . . . -i. ALEX. MIN. apoc. 22 p. 500,23 -bus oculis. *al. praesens – persönlich:* AGIUS epic. Hath. 123 -i iam hac non utimur usu. **2** *spectat ad cognationem i. q. naturalis, consanguinitate effectus – natürlich, durch Blutsverwandtschaft bedingt, verwandtschaftlich:* BEDA hist. eccl. 5,3 p. 285,14 filia ipsius *(abbatissae)* -is. HUGEB. Wynneb. 4 p. 109,8 -e propinquitatis et sanguini copulatione. LIUTG. Greg. 2 p. 68,32 caritas electi pueri . . . -em amorem feminae *(sc. aviae)* vicit. TRAD. Frising. 519 p. 443,2 -is frater (CHART. Mulh. Thur. 108. *al. cf.* COSMAS chron. 2,4 p. 89,22 -i . . . et spirituali coniunctione frater). WALAHFR. exord. 27 p. 512,20 ut sit discretio inter spiritalem generationem atque -em. THIETM. chron. 8,3 parentum nostrimet -ium institutio. CHART. Friburg. 189 sorores -es. *saepe.* **3** *spectat ad sexuum coniunctionem i. q. coniugalis – ehelich, geschlechtlich:* CAPIT. reg. Franc. 112,46 ut *coniuges* inter se negent de -i commixtione. CONST. II 12,3 ante -em coniunctionem. *al.* **4** *opponitur doctrinae et vitae christianae:* **a** *saecularis, terrenus, rebus terrenis deditus – weltlich (gesinnt), irdisch, dem Irdischen ergeben:* LEG. Wisig. 12,3,21 p. 450,22 sacerdotum -ium corda. ALDH. virg. I 42 p. 294,8 dum -e stirpatur patrimonium, spiritale exercetur mercimonium (OTTO FRISING. gest. 2,25 p. 128,19 armis spiritalibus, non -bus instructi. *al.*). WALAHFR. exord. 6 p. 480,4 -ium regum palatia. IOH. CANAP. Adalb. 12 ad -em sensum lapsi bonum pastorem sequi noluerunt. HUMB. Sim. 2,31 p. 180,3 iam heretici non essent, etiam si -issimi et criminosi essent. ALEX. MIN. apoc. 16 p. 338,11 virtus . . . -es homines angelos imitari facit. *saepe. v. et p. 276,42. 297,71.*
b *libidinosus, ad voluptates intentus – sinnlich, wollüstig:* ARBEO Emm. 40 -is *(A1,* -bus *rell.)* voluptatibus sustentata *femina.* HROTSV. Agn. 361 -is . . . amoris. ANSELM. Bis. rhet. 10 p. 158,19 quod -e sensi, . . . a carne dimovi. ALBERT. M. metaph. 2,11 p. 102,72 (ed. B. Geyer. 1960) -ia . . . praemia . . . sicut delectari venereis et potibus et cibis. *al.*

II *subst.:* **A** *masc.: homo rebus terrenis deditus vel saecularis – von irdischer Gesinnung erfüllter, weltlicher Mensch (cf.* GLOSS. II 257,40 St.-S. -ium vueroltmanno. *al.):* BONIF. epist. 35 ad honorem . . . sanctarum scripturarum ante oculos -ium. WALAHFR. exord. 2 p. 476,18 propter fragilitatem -ium. EPIST. anon. (MG Lib. Lit. III p. 18,21) mali sive -es propter lucra . . . temporalia . . . in ecclesia conversantur. METELL. peripar. 69,28 p. 350 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965) spirituales hunc, sed -es metuunt hunc. *al. cum sensu debilitatis:* HUGEB. Wynneb. 6 aliis, qui arcana Dei . . . percipere non poterant, sicut fragilis et -bus, . . . plana . . . verba dicebat. *cum sensu imperitiae:* Ps. AVIC. anim. 6,15 p. 292 hoc . . . non intelligunt -es, et qui est philosophus, intelligit. **B** *fem. plur.: ?merces carnariae – ?Fleischwaren:* CHART. Turg. III 352 p. 98,28 (a. 1256) de . . . piscationibus . . . vel de nutrimentis -ium vestrarum . . . decimas exigere. SALIMB. chron. p. 587,11 nisi . . . -es venderent in macello. **C** *neutr.:* **1** *res ad victum corporis pertinens – zum leiblichen Wohl Gehöriges:* CONSUET. Marb. 101 (Spicil. Friburg. X. 1965) lector et servitores, qui fratribus . . . spiritualia et -ia ministraverunt. **2** *res terrena vel saecularis – Weltliches, Irdisches:* EPIST. var. II suppl. 7 p. 627,35 in hoc libro nil -e . . . requirere. THIETM. chron. 1,6 omnigenarum . . ., quae spiritalia vel etiam -ia respicit, arcium scientia. *al. expressius i. q. vita terrena – irdisches Leben:* HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,20 morientium falanges . . . preda rapere et ad -e perficere properat *febris.*

adv. **carnaliter.** **1** *corporaliter – körperlich, dem Leibe nach:* WILLIB. Bonif. 8 p. 54,15 ut . . . amisum -r dolerent. THIETM. chron. 4,70 moritur -r, qui sanctis Dei servire neglexit spiritualiter. *corpore vivo – bei lebendigem Leibe:* UNIBOS 161,4 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. 1956. p. 292) mactaberis -r. *ratione victus corporis – in Hinblick auf das leibliche Wohl:* CAPIT. reg. Franc. 102,2 -r et spiritualiter ministrare. **2** *ratione originis – der Geburt*

[Pape]

nach: FORM. Marculfi suppl. 4 domina . . . mihi -r genetricae (5 -r germana). HERM. IUD. conv. 14 p.109,26 (ed. G. Niemeyer. 1963). **3** *saeculariter, more terreno vel humano – weltlich, irdisch(erweise), menschlicherweise:* LIUTG. Greg.9 p.74,26 -r . . . cogitantes secundum stultam sapientiam seculi huius. CONC. Karol. 50^{D},39 feminae . . . -r viventes. 50^{D},50 p.643,12 Iudaeis carnalibus moris est sabbatum -r observare. HROTSV. Mar. 737 non te . . . permoveat signi novitas -r. HERM. IUD. conv. 6 p.89,4 (ed. G. Niemeyer. 1963) quam *(prophetiam)* . . . -r putabam . . . complendam. *al. in rebus saecularibus – in weltlichen Angelegenheiten:* DIPL. Heinr. II. 367 propter eius *(episcopi)* tam spiritualiter quam -r iuge servitium. **4** *modo sexuali – geschlechtlich:* CONO LAUS. notae p.787,31 quod . . . non peccarent -r in vigiliis (CAES. HEIST. mirac. II 77 p.193,1 -r cum filio suo peccare. p.193,10). HONOR. III. registr. 90 mulieres alias coniugatas cognovit -r.

carnalitas, -atis *f.* **1** *favor consanguinitate effectus – durch Blutsverwandtschaft bedingte Zuneigung:* VITA Norb. II 91 quidam . . . suae -i indulgentes fratribus carnalibus . . . praedium concesserunt. **2** *animus rebus terrenis vel saecularibus deditus, libido – irdische oder weltliche Gesinnung, Sinnlichkeit, Begierde:* URSIO Marc. 1,15 quatenus locus -is fieret locus consecrationis. BERNH. CONST. damn. 10 ut . . . intereat in mortem vergens -s, resipiscat . . . spiritualitas. WOLBERO cant. 3 p.1233^{D} -em morum sive cogitationum. EMO chron. p.521,13 sunt . . . due nature anime . . .; superior ratio, inferior sensualitas vel -s. BERTH. RATISB. serm. 1 p.9, 38. *al.* **3** *fornicatio – Unzucht:* CHART. Wirt. VI 1638 p. 34,30 (c. 1262) si qua *(soror)* contagiosam et de -e suspectam familiaritatem habere inventa fuerit.

*?***carnarinus** (cama-), -i *m.* (*cf.* carnarium) *vespillo – Leichenträger:* AGNELL. lib. pont. 163 p.383,4 -i (cama- *cod.*), qui et lecticarii, virgis costis agitabant taurorum.

carnarium, -i *n.* *script.* -ner-: *l.* 45.

aedificium, in quo corpora mortuorum asservantur, domus ossuaria – Totenkapelle, Beinhaus, 'Karner' (cf. H. Otte, Handbuch der kirchlichen Kunstarchäologie. I. 1883. p. 24): ROD. GLAB. hist. 4,12 constructa . . . que vulgo dicuntur -a, in quibus . . . proiecta sunt . . . defunctorum corpora. ANSELM. Bis. rhet. 5 p.171,3 corporibus . . . in -o revolutis. CHART. Carniol. II 104 p.80,2 assignantes . . . capellam matrici ecclesie in -um. CHART. Stir. III 61 actum apud Marpurch in -o. ANNAL. Mell. Sancr. II a. 1244 promisit *dux* . . . -um in Sancta Cruce perficere. *al. in nomine loci:* THIETM. peregr. 9,27 cavea . . ., que adhuc Carnerium Leonis vocatur.

***carnaticus** *vel* **-um,** -i *m. vel n. praestatio carnis – Fleischlieferung:* CAPIT. reg. Franc. 103 p.212,2 -os et vinum . . . exactare non cessant *duces in hostilitio.* GREG. CAT. chron. I p.160,21 ad persolvendum . . . vini terciam partem, similiter et de -o. *cf.* carnatus.

***carnatura,** -ae *f.* *color carnis vel cutis – Fleischfarbe, Inkarnat:* MAPPAE CLAVIC. praef. p.189,14 facias -am de rubeo plumbo et albo.

carnatus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *ex carne consistens – aus Fleisch bestehend:* GODESC. SAXO theol. 23 p.334,4 *corpus Christi* sic est corpus, ut -us sit etiam homo. ALBERT. M. princ. 7,1 p.360^{b},4 est habitus secundum modum et non secundum veritatem ut -us *eqs.* **b** *tumidus – geschwollen:* FRAGM. mul. IV p.47,2 matrice -e sunt. **2** *subst. masc. vel neutr.: praestatio carnis – Fleischlieferung:* GREG. CAT. chron. I p.274,15 solvere . . . -um, secundum quod habent. *cf.* *carnaticus.

***carneitas,** -atis *f.* *habitus carnis – Fleischlichkeit, Leiblichkeit:* ALBERT. M. phys. 2,1,8 p.108^{b},32 quod humanitas et -s . . . non haberent dependentiam ad materiam sensibilem, sed potius essent abstracta.

***carnelevare,** -is *n. vel* ***carnelevarium,** -i *n.* *(cf. ital.* carnevale *a* caro *et* levare, *v. P. Aebischer in: Mélanges . . . K. Michaelsson. 1952. p.1sqq.) tempus ieiunium quadragesimale praecedens – Vorfasten-, Faschingszeit, 'Karneval':* **1** *gener.:* ANNAL. Ianuens. I p.104,8 in eddomada -ii. BERNH. MAR. annal. a. 1169 p.259,12 dominicus dies -ris. **2** *iur. de termino praestationis:* CHART. ord. Teut. 15 (a. 1182) decimam exeniorum . . ., que fiunt . . . in -e et in pasca. REGISTR. Patav. II p.99,13 in -o I pullus.

***carneria,** -ae *f.* *bursa ad carnes reponendas apta – Fleischbehälter:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.164,27 habeat *falconarius* . . . bursam ad cingulum suum, in qua reponet carnes . . ., que ideo dicitur -a. p.169,23 habeat in -a sua . . . carnes idoneas. 4 p.77,29 selle arconi posteriori debet esse appensa -a grandis. *ibid. al.*

***carneriola,** -ae *f.* *(parva) bursa ad carnes reponendas apta – (kleiner) Fleischbehälter:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 164,25 quod habeat *falconarius* -am ad cingulum.

carnerium *v.* carnarium.

***carnevarium** (-nifa-), -i *n.* (*cf.* *carnelevare)

1 *latius i. q. tempus ieiunium quadragesimale praecedens – Vorfasten-, Faschingszeit:* TRAD. Udalr. August. 221 p. 127, 8 (a. 1230/43) in -nifario tal. unum. **2** *strictius i. q. dominica quadragesimae – Sonntag Quadragesima, 'Invocavit':* CHART. Ticin. 17 p.42,34 (ed. L. Brentani, Cod. dipl. Ticin. I. 1929; a. 1196) libre quinque . . . convenerunt . . . dare . . . hinc ad -um senem proximum.

carneus, -a, -um. **I** *adi.:* *ad carnem pertinens – fleischlich, Fleisch-:* **A** *strictius:* **1** *e carne constans, carne obductus – aus Fleisch bestehend, mit Fleisch umgeben:* SISEB. Desid. 18 -am materiem anima deserens. EKKEH. IV. bened. I 1,14 *(de Christo)* -a formosum stola det, deitas generosum. NIVARD. Ysengr. 5,32 -a prẹda. 7,49 -a clanga michi, non ẹrea nunciat horam. THEOD. HIRS. loc. sanct. 29 p.71 cuius *(sancti)* manus -a adhuc demonstratur. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.185,11 tiratorium non -um aut carnosum. ALBERT. M. animal. 1,171 si *auris* esset -a, . . . non servaret figuram semicirculi. *al. v. et p.56,2.* **2** *in carne exsistens – im Fleisch befindlich:* CHART. Brem. 342 p.384,27 (a. 1269) pro -o vulnere dimidiam marcam. **3** *aspectui carnis similis – dem Fleisch ähnlich:* GODESC. SAXO theol. 23 p.337,20 in colorem -um . . . non revertitur istud corpus . . . Domini (MAPPAE CLAVIC. 170$^{capit.}$). **B** *latius i. q. corporalis, ad corpus spectans – körperlich, den Leib betreffend:* **1** *in univ.:* ALDH. virg. I 60 p.321,5 -um animae ergastulum. NIVARD. Ysengr. 7,236 constantes animas -a pena beat. *al.* **2** *opponitur doctrinae et vitae christianae i. q. terrenus, humanus, mortalis – irdisch, menschlich, sterblich:* AGIUS epic. Hath. 391 -us est unus *affectus,* alter divinus habetur. ANNAL. Altah. a.1045 p.41,6 abbatissa . . . -is soluta est membris (CONO LAUS. gest. 8 p.798,34 [vs.]). *c. sensu libidinis:* PAUL. DIAC. carm. 6,28 -us aethereo ignis ab igne perit.

II *subst. neutr.:* **A** *tuber carnosus – fleischiger Auswuchs, Stirnblässe:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.67,6 quedam aves . . . habent . . . inter nares et frontem quoddam tenue, -um, rubeum *eqs.* (*cf.* p.67,9). **B** *lapis colori carnis similis – fleischfarbener Stein:* Ps. PLATO quart. 4 p.184,33sqq. rubinum . . . praeparare est tardum . . ., sed -um possibilitas . . .; quod dixit *philosophus* '-um', signat per hoc margaritas *eqs.* **C** *quod corporis est – Leibliches:* CARM. anon. 1,59 (SBMünch. 1873/III. p.697; s. XII.) quid culpare soles, quod amat nunc -a proles. *Pape*

***carnifarium** *v.* *carnevarium.

***carnifarius,** -a, -um. *ad praeparationem ciborum carneorum aptus – der Zubereitung von Fleischspeisen dienend, Fleisch-:* VITA Gebeh. Salisb. II 32 p.50,7 hospitum coquinam -am . . . muratam exstruxit.

carnifex, -icis *m.* **1** *strictius:* **a** *qui poenas capit, executor (officialis), tortor – Scharfrichter, Henker, Henkers-, Folterknecht (cf.* GLOSS. I 79,33 St.-S. -x pano. II 427,60 -x vuizinari. *al.):* WALAHFR. Mamm. 14,2 furentes -um tolerare manus. WALTH. SPIR. Christoph. I 23 cumque -es . . . olei liquorem ardentibus prunis infunderent. THIETM. chron. 3,9 Gero iussus est . . . a -e quodam decollari. ERINH. Heimer. 155 prelato . . . -um vocitato. CAES. HEIST. hom. exc. 282. *al. de suimet tortura:* EKKEH. IV. carm. Gall. 15,2 o felicem suimet -em *(sc. Gallum).* **b** *interfector, homicida, mactator – Mörder, Mordgeselle (cf.* GLOSS. II 743,23 St.-S. -es mar-

trara manslagun. *al.)*: LIUTG. Greg. 9 p.74,20 qui *(satellites)* . . . latrones et -es exquirerent. FUND. Werth. app. p.167,42 venerunt -es, homines Richildae, . . . ut eum perderent. LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p.170,16 qui *(rex)* . . . clanculo -es mortemque preparasset. COSMAS chron. 3,24 p.193,16 cum cruentus -x (artifex *var. l.*) ambos *(pueros)* ceu porcellos sub ascella interficeret cultello. *al.*

2 *latius i. q. lanius, macellarius – Metzger, Schlächter, Fleischwarenhändler:* **a** *gener.:* **α** *proprie (cf.* GLOSS. III 186,19 St.-S. -ecs uelaisachl. 396,24 -x mezeiere. 676,57 -x flaiscmanger): CARM. de bello Saxon. 1,198 pistores -esque militibus comites ibant. CAES. HEIST. hom. exc. 19 *(de somnio)* conspexit . . . virum horribilem in effigie -is . . . cultellum longum tenentem in manu. 167 -es . . . hodie iustiores sunt advocatis . . .: illi carnes suas vendunt nec recipiunt *eqs.* HUGO TRIMB. sols. 23 p.54,22 -x cum securi. *al. de libitinario:* CHRON. Mont. Ser. a. 1192 p.164,10 histrio in corpore eius *(Wichmanni)* -is officio functus est ventremque eius cultro aperuit. **β** *per compar.:* COSMAS chron. 2,32 p.129,15 ille *(dux)* stabat . . . ut . . . -x, qui longam acuens macheram stat in macello super . . . vaccam excoriatam. **γ** *in nominibus: hominis:* CHART. ord. Teut. (Thur.) 245 (a. 1272) nos Rudolfus Mercator, . . . Heidenricus C-x . . . consules. *plateae:* LAMB. LEOD. Matth. IV 42 platea Treveri quaedam -um est, unde et nomen obtinuit. **b** *iur.:* **α** *spectat ad condicionem, statum, testimonium sim.:* CHART. select. Keutgen 133,39 (s. XII.) nullus -x bovem aut porcum emere teneatur, nisi quem in macello secare voluerit ad vendendum. TRAD. Patav. 677 testes sunt . . . Rudegerus pellifex, Dithmarus -x (CHART. Stir. III 11 p.15,2. *al.*). CHART. select. Keutgen 127, 36 -es . . . carnes suinas . . . infra tecta macellorum nullatenus habere debent venales. CHART. Rhen. med. II app. 15 p. 400, 38 scultetus . . . constituet magistrum -um. CHART. Hall. I 224,25 innunge -um. CHART. Tirol. notar. I 748 p.376,24 que *(causa)* vertitur inter Seauridum -em et inter Çuannum beccarium. CHART. civ. Hild. 354 quod fartores . . . et scutellarii . . . nichil commune cum -bus habere debeant. *saepe.* **β** *spectat ad possessionem, traditionem, obligationem sim.:* CHART. Tirol. notar. I 950 (a. 1237) carta Eberardi macellatoris: . . . Conradus -x . . . promisit . . . solvere Eberardo -e . . . libras. CHART. select. Keutgen 149,4 -x . . . dabit sculteto . . . pellem caprinam. REGISTR. Mog. p.33,28 recipiet magister fori de -bus . . . scapulas. CHART. Babenb. 458 p.325,25 Wisento -x, civis Iudenburgensis, . . . fundum . . . resignavit. CHART. Salem. 437 quod . . . a Beringero, molendinatore et -e, . . . possessiones . . . comparasset. CHART. Wirt. VI 1887 p.383,5 Heinricus -x . . . sub lobiis de macello XXII solidos *solvit. al.*

carnificina (-cia), -ae *f.* **1** *locus tormenti – Folterkammer, -stätte:* GOZECH. epist. 12 quem *(sapientem)* . . . non in Phalaridis tauro vel -a . . . a propositi rigore nullus unquam deflectit locus. *meton. i. q. turba carnificum – Henkersbande:* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,125 gaudebat . . . -a metallo. **2** *taberna lanii – Schlächterei:* GLOSS. III 384,15 St.-S. -a vleischus. IV 44,32 -cia flaischus.

carnificium, -i *n. taberna lanii, laniena – Schlächterei, Fleischbank:* CHART. Sil. D I 45 p.28,32 (ed. H. Appelt. 1963; a. 1175) tradidit . . . redditum -i. 83 p.56,3 mensam -i in Costomlot (95 p.68,28 m. -i . . . fratrum, in qua tantum minuta *animalia* mactabantur). *ibid. al.*

carnifico, -are. **1** *proprie:* **a** *cruciare, trucidare – foltern, abschlachten (cf.* GLOSS. IV 124,17 St.-S. -o martiro. *al.)*: HUCBALD. carm. 2,107 Cristi cultores -are. EPIST. Ratisb. 9 p.319,35 malunt *Aegyptii* -ari quam ibin . . . violare. **b** *caedere – schlachten:* METELL. peripar. 3,35 p.341 (ed. P. Chr. Jacobsen. 1965) hanc *(bovem)* iugulans . . . seu tribui bannum gavisus *(sc. coquus)* -andum. **2** *translate i. q. vexare, illudere – quälen, verspotten:* HUCBALD. carm. 2,93 carmine -ans calvum, compesce cavillum.

carnificus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *qui tortoris est – Henkers-:* ALCUIN. epist. 307 p.471,3 quicquid diabulus per eorum *(Iudaeorum)* -as manus suos gessisse putavit. **b** *qui lanii est – Fleischer-:* CHART. Chil. 361 (ed. P. Hasse, Kieler Stadtbuch. 1875; c. 1275) tabernam -am. **2** *subst. masc.: lanius – Fleischer:* CHART. Tirol. notar. I 654 (a. 1237) in presencia . . . Seauridi -i. II 19 carta Seauridi -i. CHART. Rhen. med. III 1022 presentibus probis viris: Arnoldo burgravio, . . . Henrico -o adiurato. *al.* *Erb*

***carnifluus,** -a, -um. *carne abundans – (über)reich an Fleisch:* FLOR. LUGD. carm. 4,107 -is epulis servit numerosa coturnix.

carniger, -era, -erum. *e carne consistens – aus Fleisch (bestehend):* VITA Sigir. 15 (MGMer. IV p.615,24) licet adhuc -um corpus gestaret in arvis *beatus.*

carnilentus, -a, -um. *carnosus – fleischig:* ALBERT. M. animal. 22,25 sunt . . . ei *(camelo)* . . . carnum pulpis vestigia -a (*cf. Solin. 49,9* carnulenta).

***carniprivium** *sim. v.* carnispr-. **carnis** *v.* caro.

***carnislevamen** (-il-, carnis levamen), -inis *n. tempus ieiunium quadragesimale praecedens – Vorfasten-, Faschingszeit:* COD. Wang. Trident. 53 p.119,27 (a. 1192) ad fictum . . . annuatim ad carnis levamen solvendum. CHART. Tirol. 672 p.128,24 solvit . . . in -e et in primiciis . . . aportatum et steuram. p.130,14 dat in -e 1 agnum. *al.* CHART. Bund. 799 p.256,32 de omnibus fodris inpositis a carnil-e citra proximo preterito.

***carnisprivialis** (-ip-), -e. *tempore ieiunium quadragesimale antecedente praestandus – in der Vorfastenzeit zu liefern, Fastnachts-:* CHART. Rhen. med. III 1212 p.890,21 (a. 1253) pullum carnip-em (CHART. Eberb. 431 p.209,29 pullos carnip-es. CHART. Wetzlar. I 237 pullos -es. *al.*).

***carnisprivium** (-ip-, carnis privium), -i *n.* (caro *et* privare, *cf. S. Battaglia, Grande Dizionario della lingua italiana. II. 1962. p.787*) *script.:* -pli-: ACTA imp. Winkelm. I 633 p.511,28. -prev-: *l. 67. adde* CHART. Laus. 47 p. 92,7 -iprevio.

1 *latius i. q. tempus ieiunium quadragesimale praecedens – Vorfasten-, Faschingszeit:* **a** *gener.:* CHRON. Reinh. a. 1223 p.599,19 *lantgravius* revertitur veniens in -o ad castrum suum. CONST. III 116 ante -um . . . remeare. SALIMB. chron. p.518,30 Parmenses . . . circa carnis privium cum armis ludendo pugnabant. p.628,2 qui *(molendinarii)* in habitu fratrum Minorum . . . tempore carnis privii faciebant choreas. *ibid. al. (v. ind.). iocose per prosop.:* EPIST. Worm. II 1 -um ieiunio salutem. 2 ieiunium -o spiritum confilii sanioris. **b** *iur. de termino praestationis, solutionis sim. (spectat fere ad spatium trium dierum a dominica Quinquagesimae usque ad diem Martis sequentem):* CHART. Basil. C I 146 (a. 1237) ut . . . censum . . . in festo beati Martini et -o . . . persolvant. CHART. Tirol. notar. I 740 ad fictum dandum . . . octo dies ante -um. II 39 dare . . . XXV libras hinc ad -um. CHART. Carniol. II 197 p.155,31 bona . . . obligata usque ad -um proximo venturum . . . absolvere. CHART. Basil. C II 33 duos pullos . . . in carnip-o . . . presentent (CHART. scrin. Col. B 1247. REGISTR. Baiuv. A p.310,7. *saepe*). CHART. Ien. 17 p. 16,8 (ThürGeschQuell. N.F. III 1) si infra carnis privium silvam . . . non proprietaverim. *al.* **2** *strictius i. q. dies ultimus ieiunium quadragesimale praecedens – letzter Vorfastentag, Fastnacht:* **a** *spectat ad dominicam Septuagesimae (cf. A. Thierbach, Die Benennung der Kirchenfeste in den romanischen Sprachen. 1951. p.40):* CHRON. Mont. Ser. a. 1202 p.169,45 ut . . . in dominica . . . 'Circumdederunt' carnis privium (-ip- 2) haberent. **b** *spectat ad dominicam Quinquagesimae (cf. A. Thierbach, op. cit. p. 50):* CHART. Laus. 638 (a. 1219) pro . . . VI denariis reddendis . . . in magno carnip-o. REGISTR. Wirz. (WürzbDiözGeschBl. 18/19. 1956/57. p. 30,7) ab Epiphania usque ad -um dantur longa salsucia. **c** *spectat ad diem Martis ieiunium quadragesimale antecedentem:* ALBERT. MIL. temp. 260 die Lune ante -um (carnis previum *cod.*). **d** *spectat ad dominicam Quadragesimae (cf. A. Thierbach, op. cit. p. 50):* CHART. Helv. arb. 131 p.202,12 (a. 1271) solvat . . . libras in carnip-o veteri proximo.

***carnivola** (-re), -ae *f.* (caro *et* volare *ut vid., cf.* *carnelevare) *dies ultimus ieiunium quadragesimale prae-*

[Pape]

cedens – letzter Vorfastentag, Fastnacht: **1** *spectat ad dominicam Quinquagesimae:* CHART. Argent. IV 32 p.36,22 (a. 1224/28) ante -am clericorum vel ipso die. **2** *spectat ad diem Martis ieiunium quadragesimale praecedentem:* CHART. Argent. IV 35 p.43,14 (a. 1224/28) in feria III de nocte in cena, quando est -a laicorum. *adde:* FUND. Mur. 32 p.98,7 in feria tertia, que vulgo -re dicitur.

***carnivore** *v.* *carnivola. **carnopodion** *v.* coronopodion.

carnositas, -atis *f.*

habitus vel substantia carnosa, locus carnosus – fleischige Beschaffenheit, Fleischsubstanz, Fleischpartie: **I** *strictius de carne:* **A** *proprie:* **1** *natur.:* ALBERT. M. animal. 1,331 si . . . in vola omnes coniuncti fuissent *musculi,* nimia fuisset -s eius. 2,24 planta *cameli* multae -is (*p.499*[a],*28* σαρκώδης). 3,61 *cor* est principium . . . -is epatis. ALBERT. M. (?) animal. quaest. 14,9 p.256,7 multa -s in capite impedimentum est intellectus. *ibid. al. expressius i. q. status nutritionis – Ernährungszustand:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.252,17 cum capello tenebitur falco melius in uno statu -is. **2** *medic.:* **a** *in univ.:* ROGER. SALERN. chirurg. 2,251 -s et pinguedo *scrofularum* ipsa extrahatur. TRACT. de chirurg. 281sqq. si in -e brachii vulnus fuerit . . . vel in -e cruris. TRACT. de aegr. cur. p.283,30 ponantur cufe . . . in -e natuum. *al.* **b** *spectat ad carnem tumidam vel sarcosim:* MATTH. PLATEAR. gloss. p.368[A] pulvis zedoarii . . . -em et putrefactionem gingivarum sanat. ALBERT. M. animal. 22,77 incidere . . . occultam -em. WILH. CONG. chirurg. 1409 de -e superflua excrescente circa testiculos. BRUNUS LONG. chirurg. 2,7,1 p.124[G] generatio *botii* . . . est -s phlegmatica. *al. v. et l. 65.* **B** *translate i. q. materia plantarum, pulpa fructuum – Pflanzengewebe, Fruchtfleisch:* TRACT. de aegr. cur. p.375,2 ficus . . . abradatur interius, ut tota -s . . . excludatur. ALBERT. M. veget. 6,61 in rosa . . . -s currit per totum in circuitu.

II *latius de corpore i.q. corpulentia – Leibesfülle:* ALBERT. M. animal. 9,13 mutantur *pueri* . . . ad maiorem -em aut minorem.

carnosus, -a, -um.

ad carnem spectans – das Fleisch betreffend, Fleisch-: **I** *strictius:* **A** *e carne consistens, (multa) carne praeditus – aus Fleisch bestehend, (dick)fleischig:* **1** *proprie:* **a** *gener.:* NIVARD. Ysengr. 6,270 -a . . . crassaque frusta. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.192,28 *tiratorium* -um, quod debet esse recens et de bonis carnibus *eqs. al. v. et p.294,30.* **b** *natur.:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p.83,26 que *(aves)* habent crossius et -ius pectus. ALBERT. M. animal. 1,327 musculus duo -a habens capita. 2,25 homo . . . habet . . . tibias -as (*p.499*[b],5 σαρκώδεις). THEOD. CERV. chirurg. 2,2 p.145[C] caput dividitur in . . . substantiam -am, craneatam et cerebrum. *al.* **c** *medic.:* IOH. IAMAT. chirurg. 7,7 partes -as cancri. *al. adde:* BERTH. RATISB. serm. 1 p.12,43 urina *ovis* . . . confert multum hypocrisi -ae. **2** *translate de materia plantarum, pulpa fructuum:* DYNAMID. Hippocr. 1,12 nutrit quidem id, quod in illo *(cicere)* -um est. ALBERT. M. veget. 6,53 -um . . . est pomum cedrinum. 6,173 nucleus . . . palmae est intra substantiam -am. *ibid. al.* **B** *in carne exsistens – im Fleisch befindlich:* ANTIDOT. Glasg. p.142,22 ad -a vulnera. **C** *particulas carnis continens – Fleischteilchen enthaltend:* AESCULAPIUS 31 p.48,16 quando . . . stercora . . . -a cum membranulis . . . egeruntur. TRACT. de aegr. cur. p. 269,26 -e, nervose et arteriose resolutiones. *al.* **D** *tumoribus carnis vel sarcosi praeditus vel insignis – mit Fleischwucherungen, -schwellungen behaftet oder gekennzeichnet:* RECEPT. Sangall. II 26 ad -as nares. BENVEN. GRAFF. ocul. B 15 p.35,13 occulus apparet -us. WILH. SALIC. chirurg. 1,51 p.319[A] appellatur *hernia* -a *('Sarkozele')*, quando humor descendens . . . convertitur in carnositatem quandam superfluam. *al.*

II *latius de corpore:* **A** *corpulentus – beleibt:* MAURUS phleb. p.10[a] senes -i et sanguinee complexionis. TRACT. de aegr. cur. p. 199,21 -is et pinguibus hominibus. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p.252,19 *falco* erit -ior debito. *al.* **B** *corpori astrictus – dem Leibe verhaftet:* ARNULF. SAG. invect. 1 p.87,12 animalis es homo, -us proinde et carnalis *(cf. Vulg. I Cor. 2,14).*

carnus *v.* tarmes.

caro, carnis *f. (m.: l.10.13sqq. al.) script.:* ka-: *p.300,27.63.* cann-: *p.299,64. adde* TRACT. de aegr. cur. p.359,28. *form.: nom. sg.* -is: *l. 50. p.300,21. al. gen. pl.* -num: *p.296,14.*

II *de praescriptionibus:* **A** *strictius:* **1** *praeceptum, lex – Vorschrift, Gesetz:* ALDH. virg. I 53 p.311,21 de regibus priscae legis -am praevaricantibus (VITA Leod. 1 [MGMer. V p.284,1] cum mundanae l. -am non ignoraret. *al.*). EPIST. pont. Rom. sel. I 2,24 p.54,26 constat . . . apostolicam -am . . . observanda . . . existere. CHART. Stir. I 2 secundum canonicam -am (CONC. Karol. 50[D],17 canonica -a decernit, ut *eqs. al.*). ITIN. Petr. Dam. 8 ut . . . silentii -am postponeret. SIGEB. GEMBL. Lamb. 12 (MGMer. VI p.396,20) ex -a regulae. *al.* *remissius i. q. tenor – Inhalt:* VITA Bard. 11 p.327,47 ex privilegii -a. CHART. Turic. 572 iuxta predicte forme simillimam -am allodia sua . . . contulere. *spectat ad statum personae fort. i. q. condicio – viell.: Stand:* DIPL. Otton. II. 253 p.288,7 uniuscuiusque legalis -a exigat, ut a patrono suo unusquisque ad placitum ducatur. **2** *iussum – Befehl:* ANNAL. Quedl. a. 1021 p.87,51 prout -a exigerat imperialis. MEGINFR. Emm. 6 (PL 141,976[C]) nisi . . . coelestis obviaret -ae contradictio. HIST. Walc. 15 p.511,7 urgente -a regis. *al.* **3** *consultum, decretum – Beschluß, Entscheidung:* IOH. VIII. epist. A 209 p.186,14 qui iuxta -am nostri apostolatus instructi . . . corrigenda . . . corrigant. RANGER. Anselm. 2861 cure comitum, -a senatus cedunt divinis . . . ministeriis. HUBERT. Gud. 24 (MGScript. XV p.1201,53) ad huius tandem consilii ventum est -am, quoniam *eqs. al.* *de numine divino:* MIRAC. Pirmin. 9 occulta Dei -a. OTTO SANBLAS. chron. 35 p.52,16 celesti -a . . . exercitu pene defluxo. *al.* *admonitio – Ermahnung:* IOH. VIII. epist. A 111 cum vestra proles apostolicis -is semper obędiat. *propositum – Vorhaben:* WANDALB. martyr. prop. 10 non mutilanda vocandi est -a bonos. **4** *assensus – Zustimmung:* NICOL. I. epist. 113 ut . . . nec . . . impolitis precibus annuemus nec auctoritatis nostrae -am . . . largiemur. VITA Pirmin. II 3 desiderati operis -am . . . perquirere. CHART. Babenb. 137 pia facta . . . -e suę auctoritate . . . confirmare. **B** *latius i. q. imperium, potestas, auctoritas – Amts-, Herrschaftsgewalt, Autorität:* **1** *publ.:* VITA Elig. 1,32 omnem sibi ius fiscalis -ae ecclesia vindicat. ERMOLD. Ludow. 1,133 rex, -a tibi, nobis parere necesse est. CONC. Karol. 56[A],66 auctoritate episcopali atque imperiali -a . . . circumsepta *ecclesia* (DIPL. Otton. I. 374 p.513,36 ut . . . nostra i. -a confirmare . . . dignaremur. *cf.* DIPL. Conr. II. 203 p.275,10 quicquid ad regiam -am et potestatem nostram pertinet. *al.*). TRANSL. Dion. Ratisb. 15 p.362[B],14 prout nostri *(sc. imperatoris)* nominis -a poscit. *al.* *meton. de persona potenti:* DIPL. Karoli III. 22 p.37,23 sororem nostram mansuetudinis nostrae petiisse -am, ut *eqs.* **2** *eccl.:* STEPH. EDD. Wilfr. 29 p.223,16 quod nobis est iniunctum ab apostolica vestra -a (STEPH. V. epist. B 4 p.363,26 ecclesiae privilegia . . . a. -a promulgare possidenda. CHART. Merseb. 22 p.21,26. *al.*). CHART. Sigeburg. 8 p.16,13 (ed. E. Wisplinghoff. 1964) quod . . . nostra episcopalis -a . . . corroboravit. EPIST. Hildeg. 26 p.405,14 sorores sub eius *(Hildegardis)* -a Domino servientes. **3** *usu vario:* ALDH. ad Acirc. 34,2 *(de trutina)* sorores, quas . . . rectae legis -a gubernat. WILLIB. Bonif. 7 p.40,12 ut plebem . . . a perversa inolitae consuetudinis -a . . . liberarent. WENR. carm. 452 (MittellatJb. 4. 1967. p.121) his tamen arridet nunquam -a culine.

III *de rigore:* **A** *severitas – Strenge:* WALAHFR. carm. 5,76 haec sunt . . ., quibus insignita refulget virtutis persona tuae: . . . officium, -a, modestia. AGNELL. lib. pont. 29 p. 293,29 (vs.) cunctis clara tibi *(sc. Petro apostolo)* est virtus, -a fidisque. LIUTPR. antap. 2,20 p.46,20 iustae severitatis -ae habundans. WIPO gest. 6 p.28,14 pro regali -a honoratior habitus est. EPIST. Heinr. IV. 5 p.8,24 iudiciaria illum *gladium* semper -a evaginavimus. OTTO FRISING. gest. 1,52 p.74,30 -a morum. *al.* *aequabilitas – Gleichmäßigkeit:* ALDH. ad Acirc. 125 p.174,22 indirupta et inconvulsa firmitatis -a semper acuitur *proceleumaticus.* **B** *disciplina – Zucht, Disziplin:* VITA Mathild. II 6 Bruno . . . scolasticae deditus -ae. BERTH. (?) annal. a. 1077 p.305,34 ad canonicam illum -am . . . coegit. LAMB. HERSF. annal. a. 1064 p.91,25 depravata ecclesiastici rigoris -a *(cf.* CHART. Raitenh. 69 in plerisque partibus ecclesiastica -a dissolvitur. *al.).* FUND. Hild. 5 -a claustri. CONSUET. Marb. 58 (Spicil. Friburg. X. 1965) vigeat claustralis -a et districtio. *al.* *doctrina severa – strenge Lehre:* IONAS BOB. Ved. 4 omnem . . . relegionis -am et exemplo monstrare et verbis studebat edocere.

IV *singularia:* **A** *retractatio – Überarbeitung:* CARM. libr. I 8,2,55 si Virgilius et . . . Homerus -am meruere novam. **B** *fort. i. q. officium magistri censualium – viell.: Zinsmeisteramt:* CHART. Stab. 153 p.308,15 (a. 1130/31) de censeriis in Oiscis III lib., de -a in Aiflois III lib.

census, -us *m. vel rarius* **censum,** -i *n. script.:* sc-: REGISTR. abb. Werd. 9,2,39. *al. v. et p.227,36.* cin-: CHART. Sangall. A 22 (a.758). 213. *al. adde l.64.* -nss-: TRAD. Patav. 914 (a. 1200/20). cess-: *p.460,37. adde* FORM. Sangall. II 21 *cod. A 1.* *form. acc. pl.* -os: REGESTA Alsatiae 137 (ed. A. Bruckner. 1949; a. 730/39). VITA Lupi Trec. 8 (MG Mer. VII p.299,16).

I *solutio obligatoria (pecunia seu rebus naturalibus praestita) – verbindliche Zahlung, Leistung (in Geld oder in Naturalien):* **A** *vectigal, pensio – Abgabe, Zins:* **1** *cum respectu personae dantis:* **a** *significatur causa obligans:* **α** *de fundo, praediis sim.:* FORM. Andec. 7 fecistis mihi beneficium de rem vestra . . . et spondio vobis annis singulis cinso soledus tantus (CAPIT. reg. Franc. 28,25 ut decimas et nonas sive -us omnes generaliter donent, qui debitores sunt ex beneficia . . . ecclesiarum. CHART. Salem. I 80 p.115,1 b. . . . pro annuo -u, libra videlicet piperis, . . . concessimus. *saepe*). CAPIT. reg. Franc. 11,2 ut sub precario et -u aliquam partem ecclesialis pecuniae . . . retineamus (CHART. Rhen. med. I 19 p.24,14. DIPL. Karoli III. 139 p.224,21. *al.*). 12,3 de rebus ecclesiasticis subtraditis monachi . . . consolentur . . . et quod superaverit, -us levetur. CHART. Sangall. A 29

[Bansa]

ipsas res sub usufructuario tibi prestavimus . . ., ut annis singolis . . . -um . . . exsolvere debias (DIPL. Karoli III. 9. *al.*). FORM. Sal. Bign. 21 annis singulis -o dinarius tantus ad luminaria sancti . . . dare *(cf.* CHART. Rhen. med. I 21. *al.)*. TRAD. Frising. 179 annis singulis -um tribuam duos denarios memoriam habendi (*cf.* TRAD. Scheftl. 306 in testimonium huius rei -um duorum nummorum annuo persolvat). CAPIT. reg. Franc. 32,8 -a de villis nostris, qui vinum debent. 165,2 liberi homines, qui . . . ob vitandam reipublice utilitatem . . . res suas ecclesiis delegant easque denuo sub -u utendas recipiunt. CONC. Karol. 53 p.690,15 una cum -u, qui in volatilibus, de molendinis et cambis debet e⟨xire⟩. COD. Lauresh. 3675 in -um forasticum solvuntur modii L de avena *eqs.* DIPL. Conr. I. 28 mansum . . ., quem Eberhart pro -u ac servitio habebat. LIBRI confrat. II p.348,17 (col. 672) tradidit . . . vitulum et singulis annis promittit dare -um de pede. TRAD. Brixin. 37 colonias cum -u adpretiato. CHART. Argent. IV 23 p.13,28sqq. -us . . . de bonis . . . pecuniales fratrum communio persolvat . . ., -us . . . numerales fratrum universitas. CHART. Hall. I 202 mansum . . . stabili -u collocavimus. CHART. Brixin. 80 terram rudem . . . iure colonario sub annuo -u . . . recepimus. CHART. Hall. I 240 de -u paschali. CHART. Tirol. notar. II 354 p.229,26 ab omni suo iure huius locacionis et -i fictandivi. CHART. Babenb. 399 sub -u vel iure emphitheotico. CHART. civ. Spir. 72 -us seu pensio molendini. CHART. Traiect. 1405 hospitale de -u fundi capellae suae . . . quitum dimittendo. CHART. Carinth. IV 2921,23 sex agros et unum lehen non solventes -um, sed stiuram. CHART. Gosl. II 217 locavimus aggerem . . . -u hereditario. CONST. III 49,3 terras vassallorum . . ., quas iure feudi vel sub -us aut alterius prestationis titulo . . . tenent. *persaepe.* β *de ecclesiis, monasteriis:* COD. Lauresh. 12 l. 27 (a.786) ut . . . monasterium . . . habere debeam et excolere sub usu fructuario . . . et -um annis singulis . . . persolvam. TRAD. Frising. 351 -um de ipsa ecclesia redditurum wadiavit. CAPIT. reg. Franc. 178,5 ecclesiae . . . de solis decimis et oblationibus fidelium -us . . . reddere compelluntur. CHART. Brixin. 85 (a.1233) ut dictum -um de eadem ecclesia capitulo . . . solvere teneatur *plebanus.* CHART. Salem. 601 p.223,24 -um de ecclesiis debitum. *al. de decimis*: ANNAL. Hild. a.1039 p.45,1 quas *(decimas)* . . . represtitit pro . . . -u. CHART. Tirol. 1245. *spectat ad pecuniam advocato datam:* CHART. Brixin. 122 (a. 1249) advocaciam sub forma antiqui -us . . . tenere. γ *de domibus:* LEG. Lang. p.465ª,30 si liber homo in casam alterius introierit ad residendum et ei -um reddendum. CHART. scrin. Col. A I p.219,36 (a.1135/52) domum . . . ad usum nostrum . . . emimus, ut . . . VI nummos ad -um curię persolvamus. CHART. civ. Erf. 172 tres domus . . . solventes quatuor denarios ad liberum -um. CHART. Argent. I 477 p.361,27 Cunrado pro -u domus viginti quartalia siliginis presentari faciemus. *al. in imag.:* ALBERT. M. animal. 23,35 pullum unum abicit, quem vulgus asserit in -um domino, cuius tectis insident, ciconias offerre. δ *de mineris, salinis:* CHART. Bund. app. p.381,1 (s.IX.med.) -us regis de ministerio, quod dicitur ferraires *(cf. notam ed.).* COD. Odalb. 13 flatum ferri . . . fodere sine -u. CHART. Hall. I 46 -um, qui ad nostram iusticiam spectabat de salsa aqua. CHART. Gosl. I 553 conventum . . . absolvimus a -u cupri. *al. de moneta:* CHART. select. Keutgen 154,5 (a.1226) sub eodem -u et iure moneta . . . renovabitur. ε *de officio:* CHART. Bund. I app. p.389,13 (s.IX.med.) sculdhazii -us iste est: de isto ministerio libram I. **b** *significatur persona obligata:* CHART. Epternac. 66 (a.768/71) donamus ad ecclesiam . . . mancipia . . ., ut singulis annis persolvant -um ad luminaria (TRAD. Welt. 7 m. . . . reddant -um suum ad altare . . ., vir V denarios, femina III. CHART. Rhen. inf. I 263 p.170,35 cum mancipiis . . ., que ad cęrarium -um dedit. *al.*). CAPIT. reg. Franc. 37,20 sub quali mensura -a debeant solvere annua *pauperes.* 44,20 -us regalis . . . volumus ut inde solvatur, sive de propria persona hominis sive de rebus (DIPL. Otton. II. 189 ut ab hominibus . . . ecclesiae . . . r. vel imperialis -us . . . a nullo comite . . . deinceps exigatur. *al.*). CHART. Sangall. A 312 ut . . . liberi homines . . . -um, quod ad fiscum persolvi solebant, parti . . . monasterii exhiberent (TRAD. Patav. 123. *al.*). DIPL. Karoli III. 164 ut eum *(vassallum)* a quodam -u, quod ad regium ius pertinebat, . . . absolveremus. CHART. Worm. 37 censuales homines, qui suum capitalem -um ad altare . . . persolvebant (DIPL. Heinr. II. 340. *al.*). LEX fam. Worm. 22 si quis fiscali viro iustitiam suam infringere voluerit, id est ad dagowardum velad -um iniustum. LAMB. TUIT. Herib. 2,17 obligat se . . . -u annuo, si solvatur ab . . . improperio. TRAD. Salisb. I 99 tradidit quendam . . . servum . . . ad -um duarum carradarum salis. REGISTR. abb. Werd. 5,47 tradidit . . . puerum solventem -um capitis sui (CAES. HEIST. hom. exc. 244. *al.*). 8,9 omnium innuptorum -um . . . habeant. TRAD. Fuld. I 49 non habent mansus, sed -um de corpore reddunt. DIPL. Conr. III. 258 (ed. F. Hausmann. 1969) capitaticum familie, -um videlicet, quem solvunt super altare. CHART. Stir. III 11 ipsam . . . ad -um trium denariorum in signum libertatis annuatim persolvendorum . . . delegavit. DIPL. Heinr. II. 518 (spur. s.XIII.) qui pro conditione sua ad fiscum regium -um solvere deberent. *persaepe.* **c** *significatur casus obligans:* REGISTR. abb. Werd. 2,20 p.45,19 (s.IX./X.) post obitum . . . eius debet . . . -us congruus reddi. DIPL. Heinr. II. 520 (spur. s.XIII.in.) -um . . . ultimum, per quem utique . . . neglecta subplentur servicia, ius videlicet capitale. *al. v. et l.46.52.55.* **2** *cum respectu personae accipientis i. q. reditus – Einkünfte, Rente:* IONAS BOB. Columb. 1,30 p.223,19 monasterium . . . annuis -bus ditat. RIMB. Anscar. 35 p.69,8 quicquid . . . -us illi proveniebat, in usus indigentium decimabat. GREG. VII. registr. 9,3 p.576,5 de terris vel -u, quę Constantinus imperator vel Carolus sancto Petro dederunt. CHART. archiep. Magd. 342 ut autem securius . . . idem -us eis administretur, ad hoc persolvendum agros adsignavimus. CHART. eccl. Erf. 165 p.89,24 ad -um episcopalem attinet . . . marca. CHART. scrin. Col. B 245 isti -us iacent in domo . . . cum areis. CHART. Lux. III 137 si contingeret, quod . . . hospitale . . . -um *quinque solidorum* . . . non obtineret, supradictus *parrochianus moriens* . . . disposuit, quod . . . *heres* hospitali de XX solidis . . . faceret solutionem. CHART. Xant. 214 dimidiam marcam hereditarii -us . . . vendidimus. CHART. Raitenh. 367 p.295,2 omnia, que recipiuntur de . . . curia super -um mihi . . . deputatum. *al.* **3** *describitur -us voce vernacula (plerumque theod.; slav.: l.48.58):* NOTIT. Arnon. 7,6 -um . . ., quod barbarice dicitur adalporo. DIPL. Otton. I. 205 omnem iusticiam ac -um, quod saxonice mal vocatur. COD. Frid. 15 hengistfuoter. CHART. episc. Hild. I 150 p.142,29 bumiete. REGISTR. abb. Werd. 8,2,51 wastinse, id est cerei -us. CHART. Heinr. Leon. 81 p.119,31 ab . . . -u ducis, qui wogiwotniza dicitur. CHART. archiep. Magd. 379 p.496,30 -um arearum, qui dicitur wurtpenninge (*cf.* CHART. civ. Halb. 24 wurthtins). CHART. Hamb. 284 p.251,23 -um malscolt. CHART. Argent. I 177 erscaz. CHART. Rhen. med. II app. 16 p.443,3 durcins. CHART. civ. Erf. 92 vricins. CHART. Carinth. I 521 p.404,41 kamirsacz. CHART. Rhen. inf. II 258 p.133,14 si quis civium moriatur, -us, qui vocatur utlose, . . . non requiretur. CHART. scrin. Col. B 701 hovecins. CHART. Quedl. 34 vronetins. CHART. Pommerell. 186 p.159,6 -um, qui dicitur in Polonico sto. CHART. Eichsf. 457 herberge. CHART. Beron. 121 vridschazz. CHART. Stir. IV 500 erbdinst. CHART. scrin. Col. B 812 verlichsinz. *al. v. et p.459,61.460,3.7.* **B** *exactio publica – Steuer:* CONC. Merov. p.198,8 publicus -us (VITA Elig. 1,15 p.681,3 -us p. . . . regis thesauro exigebatur inferendus. *al.*). VITA Sulp. B 6 (MGMer. IV p.376,4sq.) ut plebem . . . insueto -u inponeret et sub pensione -us viverent. CAPIT. part. Saxon. 16 undecumque -us aliquid ad fiscum pervenerit, sive in frido sive in qualicumque banno et in omni redibutione ad regem pertinens. NOTIT. Arnon. 1,3 decimam de sale et de telonio, quod datur in -u dominico. DICUIL. epist. cens. 5 (Cod. Paris. N. A. L. 1645 f. 7ᵛ) terrestrem -um terreno reddere regi. LEG. Lang. p.222,2 ibi -us rationes reddantur de suis singulis substantiis, ubi capita sunt earum *ecclesiarum.* CHART. Raitenh. 62 ne aliquę col-

[Bansa]

lecte aut etiam -us sub nomine nostro vel alterius personę . . . exigatur. *al.* **C** *solutio ecclesiis vel praelatis data – Zahlung an eine Kirche oder an einen Prälaten:* **1** *de decima:* **a** *latius:* CAPIT. reg. Franc. 177,15 decima, quae a fidelibus datur, Dei -us nuncupanda est. CHART. Mog. A 365 -um Dei, id est omnium frugum pecorumque decimam. EPIST. Ratisb. 10 p.323,21 -um Domini in usum sui redigunt. *fort. add.:* TRAD. Matic. 11 (ed. W. Hauthaler, Salzburger UB I. 1910. p.878; a. 1143) cum -u personarum . . ., qui in signum universalis dominii ipsi Romane ecclesie a cunctis baptismatis unda renatis offerri deberet. **b** *strictius de solutione Slavorum subiectorum loco decimarum data:* HELM. chron. 18 p.38,13 Slavorum populi . . . polliciti sunt dare omnem -um, quem pro decima magnus Otto ecclesiasticis stipendiis deputaverat. HEINR. LETT. chron. 21,6. *de solutione neophytorum:* HEINR. LETT. chron. 25,2 p.181,17 -u magno, quem dare solent neophyti. **2** *de pecunia curiae Romanae data:* **a** *de pecunia data a monasteriis:* GREG. VII. registr. 9,7 ecclesiam . . . sub . . . defensionem apostolicę sedis . . . traditam suscepisse, ob cuius donationis memoriam . . . devoverunt se . . . -um annualiter . . . persoluturos. EPIST. Reinh. 82 quia nos fratres . . . sedi apostolicę subiecti sumus, -um . . . constitutum . . . ad pedes almitatis vestre direximus. ANNAL. Neresh. a.1197 -us privilegiorum a nostro monasterio datur. CHART. Bund. 327 sub unius bizantii -u . . . Romanę ęcclesię . . . persolvendo . . . oblata *ecclesia.* CHART. Lux. II 250 -um apostolice sedi in Alamannia debitum. *al.* **b** *de pecunia data a principibus saecularibus (interdum i. q. denarius sancti Petri – 'Petersp fennig'):* THIETM. chron. 6,92 ut non liceret sibi *(sc. duci Polonorum)* . . . promissum principi apostolorum . . . persolvere -um. GREG. VII. registr. 2,7 p.136,1 nuntius vester *(sc. ducis Bohemiae)*, qui . . ., quę beato Petro sub nomine -us misistis . . ., presentavit. CONST. II 87 quod regnum *Siciliae*, sicut predecessores nostri a Romana ecclesia tenuerunt, sic et nos . . . tenentes et sub eodem -u. GENEAL. Flandr. VI cont. C 16 recepit illud *(regnum Angliae)* . . . tenendum sub -u mille marcharum annuatim summo pontifici solvendarum. *al.* **3** *de pecunia episcopo data:* VITA Ansb. 17 (MGMer. V p. 630,20) -us etiam, qui de vicis publicis canonico ordine ad partem pontificis persolvi consueverant. DIPL. Karoli M. 130 ut annis singolis abbates . . . pontificibus in -um uncia de auro et caballo . . . persolvere deberent. CONC. Karol. 37,17 quod . . . presbyteri . . . quaterdenos denarios episcopis in -um annis singulis darent. *al.* **4** *de pecunia capiti congregationis data:* DIPL. Heinr. IV. 281 p.364,19 ut -um reddant ad Cluniacum per singulos annos aureum denarium. **5** *de collecta haereticorum:* ANNAL. Marb. a.1231 quod annualem -um transmittere solebant Mediolanum, ubi diversarum heresum . . . primatus agebatur. **D** *fenus – Zinsen:* CHART. Sangall. A 208 (c.811) feneravimus ei solidos centum . . ., eo videlicet condicto, ut nobis annis singulis, dum inter prędicta peccunia . . . reportata non fuerit, unam carratam civitalem . . . pro -o persolvat. CHART. Gosl. II 173 p.223,11 (a.1272) quod nos solveremus pro X marcis unam marcam nomine -us. **E** *teloneum, portorium – Zoll, Brükkengeld, Fährgeld:* **1** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 57,7 (cod. 4) theloneus aut -us non exigatur . . ., ubi nec aqua navigio aut pontem transeundum non est. 143,3 de . . . ponte maiorem -um exigere. DIPL. Otton. I. 112 omnem . . . -um, qui vulgarice cogsculd vocatur. 180 concessit . . . mercatores a Reno usque ad Albiam . . . transeuntes . . . -um thelonei persolvere. CONR. HIRS. dial. 1781 cum ad transfretandum navigium desit aut -us. CHART. Babenb. 7 ut annuatim libere navis . . . absque -u . . . transiret. *al.* **2** *teloneum forense – Marktabgabe (plerumque de pensione pro usu macellorum, tabernarum fori data):* DIPL. Otton. I. 104 -um . . . de mercatu annuali. CHART. civ. Halb. 1 mercatoribus . . . rectum -um pro mercatorio usu solventibus. DIPL. Heinr. IV. 487 p.664,19 -us sutorum aliunde venientium. DIPL. Loth. I. 111 p.260,45 (ed. Th. Schieffer. 1966; spur. s. XII.$^{med.}$) -us de foro. REGISTR. Mog. p.14,4 recipient . . . -us camerarum *(cf. notam ed.)*. CHART. Raitenh. 198 cubile, in quo merces vendi solent, quod habet . . . in annuali -u. CHART. civ. Magd. 129 p.69,25 excepto -u theatri, husmede dicto vulgariter. CHART. civ. Halb. 128 non poterunt a macellis repelli nec -us . . . poterit . . . exaltari. *al. adde de indebito:* CHART. Livon. A I 453 p.569,2 (a.1277) a theloneo et -u indebito, qui vulgariter appellatur ungeld. **F** *stipendium, salarium – Sold, Bezahlung:* LIUTPR. antap. 1,12 p.13,10 custodientibus . . . victus -usque cottidianus . . . inpenditur. CHART. Babenb. 232,72 iudex . . . pro conservacione captivorum pro -u a quolibet duodecim denarios recipiat. **G** *tributum – Tribut:* WALTHARIUS 91 iam nunc Hunis -um persolvo futurum. ANNAL. Xant. a. 869 p.27,8 sepissime paganorum infestationem sustinens semperque eis -um opponens. POETA Saxo 5,199 Sclavorum populos -um sibi solvere fecit. THIETM. chron. 5,14 debitum his *(Thuringiis)* porcorum remisit -um. HEINR. LETT. chron. 20,3 bellum . . . eis comminantes -um ac tributum ab eis exegerunt. *saepe.* **H** *pretium solutionis captivorum – Lösegeld:* HUGEB. Willib. 4 p.95,14 alii homines, qui in carcere habebantur, debebant -um reddere. OTTO SANBLAS. chron. 38 p.59,1 huius *(sc. pro rege Angliae dati)* -us pars maxima constabat calicibus, crucibus *eqs. de exactione praedonum:* CARM. de Frid. I. imp. 1060 petit immensum pro tali munere -um *turba.*

II *munus, donum, oblatio – Gabe, Geschenk, Spende:* **A** *corpor.:* VITA Cunib. B 2 ut . . . egenis universa tribuens tanti -us effusione nihil perderet. RATHER. epist. 30 p.171,28 quibus -um imperialem tribui suadetis, repelluntur peculiari pro culpa. HROTSV. Gong. 151 dextra ceu propria, -us est quae pie larga. gest. prol. 1,8 exiguum munus ne spernas carminis huius, iste sed oblatus laudum placeat tibi -us. WALTH. SPIR. Christoph. II prol. 30 tuque, gravis -u tali *(sc. Baldrico)*, Sekkingia, natu. CHART. Hagenow. 86 o quam felix commercium, quo brevi -u mercatur longum gaudium. *al.* **B** *spirit.:* ALDH. epist. 7 p.496,19 sobolem opulenti paternae philosophiae -u exheredem. COD. Karol. 39 p.552,1 quam vicissitudinis repensationem vestro cessui conferamus? WALTH. SPIR. Christoph. II 4,70 difficilis fidei spondens pro munere -um. EPIST. Teg. I 29 -um orationis (CHART. episc. Halb. 199 p.168,15 fraternitatis et orationum -um). SIGEW. Mein. 24 iussit eam -us brevis lacrimas effundere. *al.*

III *bona, divitiae, facultates – Gut, Vermögen:* **A** *corpor.:* **1** *latius:* LEG. Wisig. 5,4,13 qui suo dominio rem -us alieni nititur adplicare. EPIST. Lup. Ferr. 25 -u rei familiaris . . . effuso. CARM. var. I 22,8 o felix nimium, proprio qui vivere -u praevaluit. HROTSV. Gong. 57 patrii -us fuerat sibi maxime partus. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,9 vir . . . meritis in -u paupere dives (VITA Liutw. 7. SIGEBOTO Paulin. 53 p.937,11). THEOPH. sched. 3,77$^{ex.}$ si facultas in -u fuerit, potes in auro . . . facere imagines. COSMAS chron. 3,32 alii visu privantur et -u, alii tantum rebus substancialibus expoliantur. *al. proverb.:* WIPO prov. 8 plus vincit sensus quam multiplex -us. NICOL. BIBER. carm. 74 (ed. Th. Fischer. 1870) philosophi sensu qui florent, sunt sine -u. *al.* **2** *strictius i. q. thesaurus, pecunia – Schatz, Geld (cf.* GLOSS. II 274,3 St.-S. -um scaz vel gelt. *al.)*. LIBER hist. Franc. 42 de fisco palacii per ecclesias . . . distribuere -um iussit. HRABAN. epist. 17^{a} -u pretiosarum opum locupletes. ANNAL. Quedl. a.999 p.76,35 regni . . . -um toto orbe tributario iure . . . quaesitum. RUODLIEB V 164 in qua *(curte)* stant mensę vario -u cumulatę. COSMAS chron. 1,38 p.70,8 dat eis magnam -us copiam, scilicet marsupium centum marcis plenum. 3,56 p.231,21 dux . . . natam . . . cum . . . nimio -us apparatu dat nuptum. GESTA Trev. 27 p.166,12 quicquid in civitate ecclesiastici -us vel ornatus fuerat. CHART. Babenb. 232,39 donec . . . per peccunie sue ostensionem . . . faciat cautionem; . . . tunc ob racionem -us ad posteriorem iudicem non ducatur. *al.* **B** *spirit.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 5,118 o sopor et requies, quam qui mercabitur, hęres pinguia magnifici retinet patrimonia -us. ERINH. Haimer. 353 bona de -u precioso: integritas hominis . . . interioris.

[Bansa]

IV *pretium (corporeum) – (materieller) Wert:* NICOL. I. epist. 28 munerum vestrorum . . . non tam -um quam pium considerantes affectum. RUODLIEB V 198 bona dat eximia -us ad mille talenta. RAHEW. Theoph. 639 hec . . . carmina . . . divite -u, paupere sensu suscipe grata. *de reliquiis:* WALAHFR. Blaithm. 158 quod . . . ferox miles -u pensare nequibat, rimari in gelidis coepit per vulnera fibris.

V *aestimatio, descriptio – Schätzung, Zählung (cf.* GLOSS. I 395,11 [cod. c] sub -u unter dero gipriuido. *al.):* HRABAN. epist. 16 p.417,36 parentes suos voluit sub -u regali asscribi *Christus.* HROTSV. Mar. 545 -um . . . sibi *(sc. Caesari Augusto)* profiteri. OTTO FRISING. chron. 3,5 capit. p.18,18 quod ... sub Cyrino -us indictus sit (*sim.* 3 prol. p.133,33). *mensura – das Messen:* DICUIL. epist. cens. 3 (Cod. Paris. N. A. L. 1645 f. 7^{v}; c. 818) succedit epistula -us.

***centa,** -ae *f.* (*cf. theod. vet.* zent) *districtus iudiciarius vel iudicium eius – Gerichtsbezirk oder dessen Gericht, 'Zent' (de re v. p.464,13sqq.):* CONST. II 171,6 (a. 1232) iurisdiccionibus, comitatibus, -is . . . liberis vel infeodatis. 9 ad -as nemo sinodalis vocetur. CHART. Mog. 246 p.597,5 (ed. V. F. Gudenus, Cod. dipl. I. 1743) iurisdictiones, que -e vocantur. p.598,10 homines . . . in ipsarum -arum terminis commorantes. DIPL. Heinr. II. 518 (spur.) cum . . . comiciis, -is, iudiciis. REGISTR. Mog. p.56^{b} de -a trans Mogum. *al. v. et p.465,6.*

centana *v.* centenus. **centanarius** *v.* centenarius.

***centapolis** *adi.* (*cf.* ἑκατόμπολις) *centum urbes habens – hundert Städte enthaltend:* HONOR. AUGUST. imag. 1,34 haec *(Creta)* et -is a centum urbibus nuncupata.

centaurea (-ria), -ae *f. (n.* -um: *l.52)* (κενταύρειον) *script.:* -tar-: *l.36. metr.* -rĭ-: *l.47.52. usu attrib.: l.35sq.*

1 *erythraea vel sim. – Tausendgüldenkraut o. ä. (Centaurium minus Moench, cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p.321sqq.):* **a** *proprie:* PAUL. AEGIN. cur. 103 -e (*3,22,24* κενταυρίου) sucus. RECEPT. Sangall. I 137 herba -ia. RECEPT. Bamb. 20 -aria . . . bibat. GLOSS. III 198,15 St.-S. -ia minor matrana (552,52 -ia maior metere. *ibid. al.*). 388,6 -ia centoria (*cf.* 573,31 -ia center). 495,27 -ia maior fel terrę erdgalla (540,35 [cod. a] -ia minor id est ertgalle, fel terre id est febrifuga, metere. *ibid. al. cf.* 526,40 -ia minor fel terre bittergalle magewrz). 540,33 -ia maior id est aurine fibercrut (551,40 -ia minor a. *al.*). ODO MAGD. herb. 1709 sunt -ae species, maiorque minorque . . .; sed quia perpaucis species est cognita maior *eqs.* DYASC. p.60^{a} -a maior, quam multi narcam aut gentianam dicunt. p.60^{b} -a minor, quam multi linesiam dicunt. AMARC. serm. 3,448 ut . . . fuget . . . -ia febrem. HILDEG. phys. 1,125 -a calida est et sicca. MATTH. PLATEAR. gloss. p.385^{A}. ALPHITA I p.283,25 -a, fallifuga, fel terrae idem. ALBERT. M. veget. 6,311 -a est herba . . . duarum specierum. *al.* **b** *in imag. de amaritudine:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 122 ante favos nostri -ia pasce laboris. **2** *inula – Alant (Inula helenium L., cf. André, Lex. bot. p.79):* DYNAMID. Hippocr. 2,60 hinola campana agrestis dicitur parachironia, ab aliis -a. **3** *fort. i. q. caryophyllata – viell.: Benediktenkraut, Nelkenwurz (Geum urbanum L.):* GLOSS. III 512,29 St.-S. -ia benedicta.

centaureus (-rius), -a, -um. *instar centauri formatus – zentaurisch gestaltet:* AETHICUS ISTER 105 -as . . . lacertas venenatas valde. *cf. l.31.*

centaurica, -ae *f. erythraea – Tausendgüldenkraut (cf. l.32sqq.):* GLOSS. III 680,47 St.-S. -a ergalle. GLOSS. med. cod. Trev. p.133 herbam -am minorem.

centaurus, -i *m.* (κένταυρος) *monstrum ex homine et equo formatum – Zentaur (cf.* GLOSS. II 661,41 St.-S. -i risi. III 81,43 -us halfhunt): **1** *proprie:* AETHICUS ISTER 68 p.53,2 -os lac mulierum enutrisse. ERMENR. ad Grim. 1 p.536,21 Herculem -os domitantem. *per compar.:* COSMAS chron. 2,26 p.119,15 canonici inculti . . . velut . . . bestiales -i viventes. **2** *translate de sidere:* GERB. (?) astrolab. 17 p.138,10 Alhimech in -o. HONOR. AUGUST. imag. 1,131 -us . . . in coelo locatus.

centegnodia *v.* centenodia. **centena** *v.* centenus.

centenarius, -a, -um. *script. et form.:* cin-: DIPL. Pipp. 2. CHART. Wism. B 414 (ed. L. Knabe, Das zweite Wismarsche Stadtbuch. 1966; a.1272/79). -tin-: TRAD. Frising. 430. *al. v. et l.70.* -tan-: *p.463,7.* -teri(us): *l.58. 67. adde* FORM. Morb. 10 p.332,12. -tari(us): *l.70.* -ario-(nis): *p.470,16. adde* WALAHFR. exord. 32 p.515,35 *codd. 3.5.*

I *adi.:* **A** *centum – hundert:* GUNZO epist. 7 p.34,17 -us . . . perfectus est numerus, non tantum quia decade solidatur *eqs.* CHART. Rhen. med. I 495 p.551,16 ut sorores . . . -um numerum non excedant. HERBORD. Ott. praef. p.705,35 cum sub -o . . . numero marcarum . . . pecuniam profunderet. *al.* **B** *centum annos complectens – hundertjährig:* RECEPT. Sangall. I 42 vir -us. EBO BAMB. Ott. 2,17 p.642,31 cum pene -am ageret etatem. *al. iur.:* CHART. Westph. V 210 p.99,20 (a.1206) cum adversus ecclesie Romane possessiones . . . non nisi -a currat prescriptio (CHART. Ital. Ficker 316 p.348,9. ACTA imp. Winkelm. I 539 p.438,43). **C** *pondere centum libras valens – zentnerschwer:* HERACLIUS II 51 -um saxi pondus. *remissius:* BENZO ad Heinr. 3,10 coadunavit . . . pecuniam in -o sacculo. **D** *ad centenam pertinens – zur Centene gehörig:* MIRAC. Hucberti 2,28 comitatui . . . subiacebat -a iusticia (CHRON. Andag. 17 p.41,21).

II *subst.:* **A** *masc. (et neutr., e. g. l.31.34):* **1** *gener.:* **a** *quod centum partes continet – das Hundert:* VITA Bard. 22 p.338,38 caecorum, claudorum . . . eum sequebantur -i. GERHOH. Antichr. 1,48 p.356,15 cumulantur quot -is vel milibus marcarum entece. TRAD. Falk. p.11,35 -us ovorum. ACTA imp. Winkelm. I p.758,3 in quolibet -o vaccarum sufficiunt tauri quinque. NARR. de Gron. 38 p.79,24 ceciderant plura -a virorum. *al.* **b** *pondus centum librarum – Gewichtseinheit von hundert Pfund, Zentner:* CHRON. Fred. 4,69 unus -us cento libras auri capit (PAUL. DIAC. Lang. 3,12 p.120,7 supra mille a. -a. HIST. peregr. p.166,36). EBO BAMB. Ott. 2,16 p.642,11 cuprum ad septingentos . . . -os comparavimus (CHART. Rhen. med. II 242 p.281,22 de unaquaque carrata cupri, quod sunt IIII -i). CHART. select. Keutgen 130 p.110,4 dabit duos -os olei. CHART. Babenb. 86,27 de XV -is cerę. CHRON. Mont. Ser. a.1206 p.173,40 campanam de quinquaginta -is fudit. ACTA imp. Winkelm. I 773 pro singulis -is salis. *al. cf.* 2. *cantarium. **c** *senex centum annorum – hundertjähriger Greis:* CHART. Leub. 82 p.185,36 (a.1252) illos duos -os, si superstites fuerint. **d** *de sectione libri rerum gestarum i. q. saeculum – Jahrhundert:* THOM. TUSC. gest. p.496,32 in gestis Calixti pape in -o XII. p.503,28 gesta Urbani secundi -o pontificum undecimo. **2** *spec. de praefecto militari vel forensi (cf. H. Dannenbauer, Grundlagen der mittelalterlichen Welt. 1958. p.179sqq. 236sqq.; Th. Mayer, Mittelalterliche Studien. 1959. p.98sqq.116sqq.):* **a** *milit. i. q. dux (centum) militum, centurio – Führer (einer Hundertschaft), Hauptmann:* LEG. Wisig. 9,2,3 -us dimittens centenam suam in hostem. *ibid. al. remissius:* WALAHFR. exord. p.516,6 millenarii, -i vel centuriones. CONR. MUR. summ. 6,1 p.426,31 centuriones seu -i *in Urbe fuerunt.* **b** *iur. et publ.:* α *officialis ad malefactores persequendos institutus – mit der Verbrecherverfolgung beauftragter Beamter:* LEX Sal. Merov. 91 iubemus, ut in truste electi -i ponantur, per quorum fidem . . . pax . . . observetur. 92 ut -i (centerii *var. l.*) . . . licentiam habeant latrones persequere. decr. Child. 3,2. *ibid. al. v. et p.464,22. adde:* ARBEO Corb. 10 p.198,12 cum . . . tribunus et -i . . . antestare fecisset, coepit humilia postulatione . . ., ut reum sibi donare dignarentur *(cf. p.470,34).* β *officialis iudiciarius et fiscalis, praefectus districtus rustici – Gerichts- und Verwaltungsbeamter, Vorsteher eines ländlichen Bezirks, 'Zentenar':* LEG. Wisig. 2,1,27 dux, comes . . ., quingentenarius, -us, defensor. LEX Sal. Merov. 46,1 ut thunginus aut -us (centerius *var. l.*) mallum indicant. BOBOL. Germ. 10 (MGMer. V p.37,13) iussit . . . venire -os illius vallis. LEX Ribv. 51,1 ad mallo ante -o vel comite. LEX Alam. 36,3 comite aut -o (-inario, centario, centurioni *var. l.*). CONC. Karol. 30 p.232,7 Reginhart, -us domni imperatoris. CAPIT. reg. Franc. 80,4 in placito -i. 152 p.310,12 habeat

[Bansa]

unusquisque comes vicarios et -os suos secum. DIPL. Karoli III. 55 nullus comes nec vicecomes, sed neque vicarius nec -us neque decanus, sculdassius vel quisquam ex iudiciaria potestate. DIPL. Otton. II. 53 p.63,41 sine ulla inquietudine comitis aut -i vel vicedomini. STATUT. Altah. (MGScript. XVII p.357^{b},57) in quibusdam provinciis iudices provinciales appellantur -i. CHART. Rhen. med. III 376 Wernerus centa-us. *saepe. v. et p.464,3.28.* **B** *fem.: districtus iudiciarius et fiscalis – Gerichts- und Verwaltungsbezirk, Centene:* HUGO FLAV. chron. 1 p.363,32 decimam . . . arietum, qui . . . persolvuntur ex Bracensi -a. CHART. select. Waitz 9 p.23,19 omnis villa . . . debet tria per annum -e complacita. BERTH.(?) annal. a.1078 p.312,14 rusticos . . . per omnes illarum partium -as . . . coniuratos. *meton. de incolis:* BERTH. (?) annal. a.1078 p.312,48 coniuratis -is . . . eunuchizatis.

***centenervia** *v.* *centinervia.

centenodia, -ae *f. (n.: l.29.31) script.:* cenno-: *l.23.* -tin-: *l.28.31sq. al.* -ton-: *l.25sq. al.* -tegn-: GLOSS. III 519,18 St.-S. -tunnobia: *l.23.* -tidonia: *l.35. form.: nom. sg.* -ion: *l.31. abl. sg.* -io: *l.29.*

1 *sanguinaria – Vogelknöterich (Polygonum aviculare L., cf. André, Lex. bot. p.281):* RECEPT. Sangall. I 51 herba cennodia. 137 herba cento-a. II 47 centunnobia. DYNAMID. Hippocr. 2,35 polygonus, hoc est sanguinaria sive spinatia, hoc est cento-a. GLOSS. III 482,44 St.-S. proserpinaca -a wegetreta. 602,5 cento-a anatret. 638,45 centi-a corriola poligonia proserpinaria wegerute. IV 361,6 -a id est sporngas. *al.* BERNH. PROV. comm. 6,1 p.289,35 centi-a minor. WILH. CONG. chirurg. 1513 balneum . . . de . . . centi-o (ceretino *var. l.*). ALPHITA I p.297,47 lingua passeris, poligonia . . ., centi-on . . . idem. II p.38,3 centi-um, populus vel popluus. ALBERT. M. veget. 2,39 multiplicantur . . . nodi . . . in centi-a. *al. v. et p.466,5.* **2** *plantago maior – Breitwegerich (Plantago maior L.):* GLOSS. III 171,56 St.-S. septinerdia vel centi-a, id est wegebreitte (V 35,14 -tidonia). 578,32 -a vuegerihe. IV 649,2 ad dolorem stomachi -am, id est wegebrete. *ibid. al.*

centenus, -a, -um. *script.:* cin-: *p.464,9.* -tin-: *l.60. p.464,3.29.al.* -tan-: *p.464,37.40.* -tun-: *p.464,40.*

I *usu adi.:* **A** *strictius i. q. ana centum – je hundert:* BEDA temp. rat. 1,61 decies . . . -a millia. WIDUK. gest. 1,9 p.15,8 singuli *duces* cum -is militibus. FROUM. carm. 21,10 -as decies milies quoque mille salutes. COSMAS chron. 1,40 p.75,14 -os et -os ordinatim catenatos. *al.* **B** *latius:* **1** *centum – hundert:* WALAHFR. carm. 56,13 si mihi -as linguas natura pararet. POETA Saxo 3,8 annorum -a volumina. RAHEW. gest. 3,37 p.210,9 supra -a stadia. *al. de numero ipso:* PASS. Petri et Pauli 353 -o ex numero . . . cognomen habebat *centurio.* Ps. BOETH. geom. p.398,5 sub linea . . . -o insignita numero. *al.* **2** *centesimus – hundertster:* CHRON. Merseb. 14 p.188,26 patris nostri pontificatus hic annus est decimus fiatque -us, . . . petimus. **3** *centuplex – hundertfältig:* ALDH. virg. I 13 p.243,4 -ae frugis copia. PAUL. ALBAR. carm. 9,94 obscura sapiens -o sensu requirit. HROTSV. Sap. 9,7 -ae vicissitudinem mercedis recompensari. *al.* **4** *centum annos continens – hundert Jahre umfassend:* WIPO tetral. 112 vivas sanus -o tempore canus. **5** *ad iurisdictionem (cuiusdam districtus) pertinens – zur Gerichtsbarkeit (in einem bestimmten Bezirk) gehörig:* CHART. Stab. 142 p.288,4 (a.1123) -inum (-ivum *var. l.*) placitum (p.288,7.9).

II *usu subst.:* **A** *masc. (et neutr., e. g. l.64.72):* **1** *quod centum partes continet – das Hundert:* HUGEB. Wynneb. 2 p.108,19 per -os et millenos morientium. ANNAL. Fuld. Ratisb. a.891 p.120,37 per -a et milia numero mergebantur *Nordmanni.* VITA Erasmi 391 ter dena ter et -a virorum. *math.:* GERB. epist. I 1,2,1^{a} millenus . . . habebit articulos in millenis, digitos in -is, -us articulos in -is, digitos in decenis *(sc. si volueris dividere).* MATHEM. var. Bubnov p.266,20 -um plurimum cum deceno et cum singulari compositum seu simplicem. *al.* **2** *pondus centum librarum – Gewichtseinheit von hundert Pfund, Zentner:* CHART. Hans. I 432 p.144, 39 (a.1252) -um ferri. *ibid. al.* **3** *centenarius – Zentenar:* DESID. CAD. epist. 2,8 magnificis viris . . . tribunis, defensoribus, -is. LEG. Lang. p.184,1 ut . . . precipiant *iudices* ad sculdahis suos aut ad -inos (centenarios *var. l.*) aut ad locopositos. **4** *secale – Roggen:* ANTIDOT. Sangall. p.92,23 farina de -o. **B** *fem.:* **1** *gener.:* **a** *quod centum partes continet – das Hundert:* CHART. Welt. 21 (a.1267) ut . . . -am . . . ovorum . . . nobis conferant. **b** *pondus centum librarum – Gewichtseinheit von hundert Pfund, Zentner:* CHART. Westph. IV 820 (a.1260) quantitas plumbi XXVIII et dimidium cin-e magni lapidis. CHART. Pomm. B 1091 p.367,28 -a . . . lignorum . . ., scilicet duo asseres ad -am. **2** *spec.:* **a** *milit. i. q. caterva (centum) militum – Abteilung von (hundert) Soldaten, Hundertschaft: v. p.462,52.* **b** *iur. et publ. (cf. Ch. E. Perrin, ALMA 5. 1930. p.167sqq.; W. Metz, ZRGGerm. 74.1957. p.234sqq. v. et supra p.462,47sqq.):* **α** *manus ad malefactores persequendos instituta vel districtus eius – mit der Verbrecherverfolgung beauftragte Schar oder ihr Bezirk:* CAPIT. reg. Franc. 3,9 decretum est, ut . . ., eo quod . . . scelera sua pretermissas custodias exercerent, -as fierent, in cuius -a aliquid deperierit, capitale qui perdiderit, recipiat *eqs.* LEX Sal. Merov. decr. Child. 3,4 ut si furtus fuerit, capitalem de praesenti -a restituat et causa centenariu⟨s⟩ cum -a requirat. 3,5 -a posita in vestigio in alia -a. **β** *communitas (colonorum regis) vel districtus iudiciarius et fiscalis eius – Gemeinde (von Königsfreien) oder ihr Gerichts- und Verwaltungsbezirk, 'Centene':* LEX Alam. 36,1 ut conventus . . . fiat in omni -a (-ina *var. l.*) coram comite aut suo misso et coram centenario. CAPIT. reg. Franc. 25,4 comites . . . de singulis -inis. 32,62 de liberis hominibus et -is, qui partibus fisci nostri deserviunt. FORM. Sal. Merk. 2 in pago illo, in -a illa. CHART. Sangall. A 372 in -a Ruadolteshuntre. CHART. Rhen. med. I 135,24 p.155,9 ad vineas ligandas -am I, fodiendam alteram (gloss. Caes. Heist.: -a communitas, communiter autem operabuntur opera nostra). *al.* **γ** *iurisdictio, iudicium (cuiusdam districtus) – Gerichtsbarkeit, Gericht (in einem bestimmten Bezirk):* GESTA Vird. cont. I 9 p.49,6 praebendae fratrum . . . omnes -anas eorum potestatum . . . reddidit (LAUR. LEOD. gest. 2 p.492,27). 11 p.50,8 -anam de Wandelini curte et alia iura. DIPL. Heinr. IV. 236 de . . . teloneis et precipue de -anis (-unis *var. l., ed.*), quas Theutonici hunnenduom vocant. **δ** *officium centenarii – Amt des Zentenars:* DIPL. Otton. I. 209 p.288,30 censum . . . ab ipsa -a et scultatia Curiensi.

***centeramia** (ge-) *subst.* (centum *et* ramus) *fort. i. q. millefolium – viell.: Schafgarbe (Achillea millefolium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 85):* GLOSS. III 592^{1} St.-S. ge-a vel italica chazenzagel.

centerius *v.* centenarius.

centesimus, (-tis-, -ss-), -a, -um.

1 *adi.:* **a** *decies decimus – hundertster:* CARM. libr. I 7,2, 29 septies expletus fuerat -issimus annus (THANGM. Bernw. 12 p.763,29 -o septimo aetatis anno). ORDO Rom. 16,29 psalmus -issimus septimus decimus. LEX Raet. Cur. 4,16 (ed. E. Meyer-Marthaler. 1959) dupla -isimam partem cum ipsum debitum solvat (*postea:* simpla -essima porcionem). RUOTG. Brun. 5 p.6,15 -o octogesimo octavo lustro. *al. de numero ipso:* WALAHFR. hom. in Matth. 16 p.859^{D} -i perfectione numeri corona virginum designatur. **b** *centuplex – hundertfältig:* GERH. AUGUST. Udalr. I 9 p.397,42 -i (-essimi *var. l.*) fructus retributione (CHART. Merseb. 330. *al.*). DIPL. Heinr. III. 296 -um recompensationis emolumentum. **2** *subst. fem. i. q. decies decima pars – der hundertste Teil:* **a** *spectat ad fenus:* LEG. Burgund. Rom. 31,4 si quis duas -as pro cautione sibi stipulari fecerit. CONC. Merov. p.197,10 neque -issima exigant *presbyteri.* **b** *spectat ad censum:* CHART. Tirol. notar. II 580 (a.1272) dedit . . . VII libras pro . . . abate de -a.

***centgravius,** -i *m.* (*cf. theod. vet.* zentgrave) *script. et form.:* cin-: *p.465,8.* ceng-: *p.465,9.* -teg-: *p.465,7.* -tumg-: *p.465,6.* -grevo: *p.465,4. adde* CHART. Francof. 175. -afi-: *p.465,8.*

praefectus districtus rustici – Vorsteher eines ländlichen Bezirks, Zentgraf: DIPL. coll. 515 (Mon. Boica XXIX 1 p.

[Bansa]

387,7; a. 1168) inhibemus, ne aliquis in . . . episcopatu et ducatu vel in comitiis . . . aliquas centurias faciat vel -os constituat nisi concessione episcopi. CHART. Eberb. 75 p. 148,19 testes . . . Wernherus -grevo . . ., Wernher -grevo. 142 p. 254,2 cum Fridericus -us noster in . . . placito interesset vicem nostram agens. CONST. II 171,7 -tumgravii recipiant centas a domino terre (*inde* 304,7 [-teg- *cod. 3*]). CHART. Hagenow. 386 ab Herbordo cintgrafio de Liblos. REGISTR. Mog. p. 57,18 uncias XX dedi cengravio. *al.*

***centicanus,** -a, -um. *centum carmina canens – hundertfältig singend:* HEIRIC. Germ. II 6,134 gutture -o.

centies *adv. centum vicibus – hundertmal:* ALDH. virg. II 1511 -s exorans nocturnis ferme latebris. EPIST. Teg. I 24 mercibus -s centuplicatis. FROUM. carm. 32,15 -s et super hęc millenas dico salutes. *al.*

***centifluus,** -a, -um. *centuplex – hundertfältig:* ERMENR. Sval. 2 tritici Domini dispensatores . . . semina ubique -a mittentes.

centifolius (-tof-), -a, -um. **1** *adi.: anat. de vena fort. i. q. centum ramos habens – viell.: hundertfach verästelt:* Ps. HIPPOCR. phleb. 183 de vena -tofolia. **2** *subst. neutr. (et fem.: l. 25):* **a** *millefolium – Schafgarbe (Achillea millefolium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 81sqq.):* AESCULAPIUS 43 p. 74,7 baulaustiam, hoc est -um (*sim.* GLOSS. med. p. 46,17 -a. DYNAMID. Hippocr. 2,58). GLOSS. III 495,34 St.-S. -um garewa. ALPHITA II p. 118,33 millefolium maius, supercilium Veneris, -um, venter apis idem (*sim.* p. 190a,5). **b** *flos mali granati silvestris – Blüte des wilden Granatapfelbaumes (cf. F. E. Kind, ArchGeschMed. 27. 1934. p. 36):* RECEPT. Donauesch. 60 -i malini. **c** *per confusionem i. q. caerefolium – Echter Kerbel (Anthriscus Cerefolium Hoffm.):* GLOSS. III 597,43 St.-S. -um korbele.

***centigamus,** -i *m. qui centum uxores habet – ein mit hundert Frauen Verheirateter:* RATHER. epist. 16 p. 81,15 utinam nec natus nec visus . . . ex isdem fuisset -us . . ., immo infinitimoechus ullus.

***centigenus,** -a, -um. *centuplex – hundertfältig:* ERMOLD. carm. app. 1,21 organa -is resonant auletica hymnis.

***centilogium** (-oqui-), -i *n. (f. -a: l. 45) de titulo libri Ptolemaeo ascripti i. q. centum sententiae – hundert Aphorismen:* ALBERT. M. caus. univ. 2,2,26 p. 519a,33 in -quio. pol. 5,9b p. 550b,14 in commento Bugafori super -um Ptolemaei. probl. 4 p. 38,29 a Hali in commentario super -um Ptolemaei. probl. det. 9 (MediaevStud. 22. 1960. p. 330,36) in -a. *ibid. al.*

centimanus *adi. centum manus habens – hundertarmig:* LAMB. HERSF. annal. a. 1065 p. 100,16 -us gigas (ODO Ern. duc. 2 p. 318c. *al.*).

centimeter, -tri *m. de titulo libri Servii grammatici i. q. centum metra – hundert Metren:* CATAL. biblioth. Becker 57,30 (s. IX.) liber -r. CONR. HIRS. dial. 120. METELL. Quir. 60$^{tit.}$ contra regulam -i.

***centimetrum,** -i *n. opus carptim compilatum, cento – aus fremden Textteilen zusammengesetztes Werk:* REGINO syn. caus. app. 3,58 p. 488,17 -um de Christo Virgilianis compaginatum versibus. *cf. infra p. 466,34 et ThLL. III. p. 821, 46sqq.*

***centimolum** (-mul-) *vel* **-us,** -i *n. vel m. (ital. vet.* centimolo *a* *κεντήμυλος, *cf. G. Rohlfs, Lexicon Graecanicum Italiae Inferioris. ²1964. p. 232) mola (iumentaria) – (Esels-)Mühle:* PETR. CAS. (?) chron. 4,21 molendina duo . . ., -um, ortos. ACTA imp. Winkelm. I 938 p. 714,21 mulis, qui sunt in . . . -ulis castri.

centimorbia (-icer-, -ida), -ae *f.* **1** *herba nummularia – Pfennigkraut (Lysimachia nummularia L., cf. André, Lex. bot. p. 80):* GLOSS. III 528,11 St.-S. centicerbia egilgras (537,54 -a. 552,54 -ida). **2** *fort. i. q. millefolium – viell.: Schafgarbe (Achillea millefolium L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 81sqq.):* GLOSS. III 497,23 St.-S. -a scaphegeba (scaphescunga *ci. ed.*). 528,17 -a gachheil.

***centinervia** (-ten-, -tumn- *sim.*), -ae *f. (cf.* πολύνευρον, quinquenervia *sim.) plantago – Wegerich:* **1** *plantago maior – Breitwegerich (Plantago maior L.):* GLOSS. III 523, 32 St.-S. arnoglossa, plantago, cente-a vocatur wegenbreit (*sim.* 533,7). TRACT. de aegr. cur. p. 196,9 vulneri . . . superpone . . . -am. p. 347,11 folia -e. ALBERT. M. animal. 23,98 accipe centinodiam et -am sive quinquenerviam. *fort. add.:* GLOSS. III 602,47 St.-S. -tummedię musora. GLOSS. Roger. I A 1,22 p. 554,45 unguentum . . . vulneri circumponatur: . . . lanceoli, -tumvive, pimpinelle . . . manc. 1. **2** *plantago minor – Spitzwegerich (Plantago lanceolata L.):* ALPHITA II p. 38,8 -a, quinquenervium, plantago minor idem (*sim.* p. 137,34. p. 152,33 centum-a).

centinodia *v.* centenodia. **centinus** *v.* centenus.

centioculus *v.* centoculus.

centipeda (-tup-) *subst. species serpentis – Schlangenart:* ALBERT. M. animal. 25,23 -tupeda serpens est de genere draconum.

centipellis (-pil-) *subst. pars ventris animalium ruminantium – Teil des Wiederkäuermagens, Blättermagen:* CARM. Winr. 50 (MittellatJb. 4. 1967. p. 103) et centĭpillis cibus est vilissimus illi.

centipes, -dis *m. vel f. species vermis multipedis – Tausendfüßler:* Ps. AVIC. anim. 1,1 p. 38 vermen, qui est -s. ALBERT. M. animal. 24,52 piscis . . . similis terrestri animali, quod -em vocant. 26,18 multipes est vermis, qui et -s vocatur.

centipillis *v.* centipellis. **centis(s)imus** *v.* centesimus.

cento (scin-, -on), -onis *m.* **1** *proprie i. q. textile ex pannis consutum, feltrum – aus Flicken zusammengenähtes Tuch, Filzdecke (cf.* GLOSS. III 233,5 St.-S. -on filz. IV 135, 22. *al.):* LIUTPR. antap. 2,7 tentoriolis, immo -bus. CARM. de Frid. I. imp. 2997 cedunt ligna, trabes arcuum, -es, retia, crates. *de indumento pedis:* GLOSS. III 174,53 St.-S. scintones wuzlinge. 624,14 -es filzine socha. **2** *translate:* **a** *opus carptim compilatum – aus fremden Textteilen bestehendes Werk:* CATAL. biblioth. Lehm. I 49 p. 252,10 (a. 821/22) metrum -o Probae. EKKEH. V. Notker. 12 p. 579a,51 dum . . . papa Gregorius . . . antiphonarium -em . . . compilasset. **b** *frustum carnis bovinae fumigatae – geräuchertes Rindfleischstück (accedit ut vid. vis vocis q. e. theod. vet.* zentring): GLOSS. IV 240,16 St.-S. -es sunt, qui vulgo centiringe vocantur, sed ex bovina carne fiunt; vincinar (vilcinar *ci. ed.*), id est homines poete. **c** *fort. i. q. centonarius – viell.: Hersteller von Filzdecken:* GLOSS. IV 241,15 St.-S. -es vinciner vel homines. *v. et l. 42.*

